






CLENARDI
INSTITUT.
LINGUÆ GRAECÆ
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
RACCOLTA NENCINI
ALDINI
II
3
3









BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE-FIRENZE
ALDINI
II
3
3
RACCOLTA NENCINI


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874





NICOLAI
CLENARDI
INSTITVTIONES LINGVAE. GRAECAE

CVM. SCHOLIIS. ET. PRAXI
P. ANTESIGNANI



Aldus  Iunior



VENETIIS. ∞ DLXX
In Aedib. Manutianis

Effigies Aldi Senioris.



Lectori.

QVI . LIBRI
CVM . ALDI . IVNIORIS . NOMINE
SENIORISQ. EFFIGIE
IN . POSTERVM . EDENTVR
EOS . TANTVM . SCITO
MANVTIANAE . EDITIONIS
ESSE

IVLIO. GLORIERIO ROMANO

ORDINIS. CISTERCIENSIS EQVITI. NOBILISS.

ALDVS. MANVTIVS PAVLLI. F. ALDI. N.

S. P. D.

CVM multa homines habeant, quae Deo Opt. Max. accepta quotidie referre debeant, nihil, ſi quis diligentius ſecum reputet, Ratione maius, nihil non dicam in homine, ſed in omni caelo, ac terra praeclarius, nihil, quod propius ad Archetypum ipſum accedat, ſi uiris ſapientibus credimus, haberi, excogitari ue poteſt. haec nos a brutis plane diſiungit: haec alium alio praeſtantiorem reddit: haec omnia cernit, principia, cauſſasq. rerum uidet: haec quid faciendum, ſugiendum ue ſit, optime edocet,

atque explanat:haec denique, in hominis mente confirmata, atque perfecta, Sapientia nominatur. ad quam ſi quis artem quoque ipſam adiunxerit, id plane efficere uidetur, ut rem, per ſe nobilem, magis etiam nobilitet. id quod uſu quotidie uenire cernimus. nam, cum hoc tamquam patrimonium a Deo generi humano benigne relictum ſit, eos tamen iudicamus inter alios excellere, a ferarumq. natura longius abeſſe, qui, cum multum ſibi a Natura rationis impertitum ſentiant, conantur in dies magis magisq. Arti debere, tamquam ſi a Natura ipſa nihil umquam acceperint. Porro quis Artem ipſam hominibus umquam tradiderit, quis optima ratione res excogitatas litterarum monumentis mandauerit, animiq. ſenſa proloqui, explicareque, potuerit, ſermonis, ac uerborum, expers? nemo certe umquam. Ea igitur de cauſſa Antiquitatem ipſam uidemus tam diligentem fuiſſe in uerbis inueſtigandis, utpote ex quibus oratio naſcitur, mentis nuncia, noſtrae uoluntatis interpres. Hinc

multi

multi praeſtantes ingenio,& doctrina uiri,
multa cum ſcripſerint,adiumenti mortali-
bus peperere plurimum. quod cum fece-
rint, dignos putauit poſteritas, quorum
ſcripta ſumma cum ueneratione a nobis
legi,coliq.debeant. Hoc cum in omnibus
linguis cernere eſt,tum praecipue in tribus
illis, ex quibus,tamquam ex fontibus, ce-
terae ommes fluxere,Hebraica,Graeca,La-
tina. Quarum cognitionem cum difficilli-
mam omnes putent,uixq.reperiatur,qui in
una excellat, factum eſt, ut homines ipſi,
unam amplexi, aut ad ſummum alteram,
ijs contenti ſint, quaerendumq. nihil ultra
ſibi ſtatuant. nam, qui uno tempore tribus
operam nauarit, pauciſſimi reperti ſunt;
qui uero excellat, fere nemo. Quod cum
optime ſentiret prudentiſſimus, ſummaq.
grauitate atque auctoritate uir, CAESAR
GLORIERIVS, pater tuus, potius nihil
habuit, quam ut liberos ſuos ijs ornandos
litteris curaret, quae nobili uiro dignae a
recte intelligentibus iudicantur. Ideoq.
ALEXANDRVM, fratrem tuum, teq. ip-

ſum, filios tali patre digniſſimos, tribus lin guis uoluit operam dare, nulli umquam ſumptui, ac labori, parcens, nihil ue, quod ad id pertineret, omittens. Vos uero, cum patrem ueſtrum in id aſſidue incumbentẽ uideretis, ut uos omni laude cumulatos intueretur, nihil loci precibus, admonitionibus ue, reliquiſtis. immo eo ſtudio inuigilaſtis, magis ut uos in curſu ſtudiorum continendos, quam incitandos, omnes cenſerent. Hinc ALEXANDER frater, annos XVI. natus, non ſolum Iuris ciuilis ſcientiam eſt adeptus, uerum etiam Romae, in celeberrimo orbis terrae domicilio, ſumma cum omnium admiratione, ea aetate, publice docuit; & ea quidem omnium admiratione, eorumq. auditorum frequentia, qui, cum multum in ea ſcientia uerſati eſſent, maximum tamen ſe fructum ex eius doctrina percipere faterentur. Hanc eius uirtutem omnes cum noſſent, praedicarentque, ſumma cum patris ueſtri laetitia, PIVS. V. Pont. omnium maximus, idemq. acerrimo iudicio praeditus, eum,

uige-

uigeſimum primum annum agentem, in utriusque Signaturae Referendarium aſſumpſit. Quo nunc in magiſtratu ita ſe gerit, ut, cum ad eius laudem nihil acceſſionis fieri poſſe uideretur, tantum tamen acceſſerit, ut omnes, eius uirtutum fama commoti, ampliſſima quaeque de illo non dubitanter augurentur. Tu uero, natu minor, id iam, iſta aetate, praeſtas, quo fraterno ſplendore, ac laude, haud inferior eſſe uidearis. Te ipſum nunc mihi abſens uidere uideor, aſſidue legentē, numquam libros, domeſtico exemplo, e manu dimittentem: qui uideas, hanc eſſe ueram uirtutem, hacq. una poſſe homines ex illuſtribus illuſtriores fieri. Quod cum quotidie quamplurimis contingat, tū uero maxime id in Familia ueſtra Aetas obſeruat noſtra: ex qua tot orti clariſſimi uiri ſummū & ſibi decus, & Familiae gloriam compararunt. Nam, ut omittam IOANNEM. GLORIERIVM, Gallorum Regis Secretarium, Inſubriaeq. primarium Quaeſtorem, eique, ob praeclaras uirtutes, longe cariſſimum, Patrem tuum,

cuius egregia probitas, ſpectata uigilantia, ſummaq. cum eloquentia coniuncta uirtus, multis antea Pontificibus, in conſcribendis maximarum de rerum negotijs Latinis epiſtolis, grata ſemper, probataq. fuit, PIVS. V. Pontifex, cui optimorum, ſui ſimilium, uirorum merita non ſunt ignota, ſimul ac Dei Eccleſiae gubernaculo inter homines praepoſitus fuit, nihil habuit antiquius, quam ut eidem muneri praeficeret. quod quidem & ſe parenti tuo quaſi uirtutis honorem tradidiſſe, & probum, atque honorificum hominem ad honorem ipſum acceſſiſſe iudicauit. His, ac multis alijs de cauſſis Luſitaniae Rex dignum te iudicauit, quem in ſuorum nobiliſſimorum Equitum numerum adſcriberet. merito id quidem, ſi & tuam praeclaram indolem, & Patris eximia merita, ſpectemus. praeſtitit id optimus, ac ſapientiſſimus Rex, quod potuit, ut Familiae ueſtrae, per ſe ornatiſſimae, ornamenta tamen ſuppeditaret. Ego uero, qui uos ſemper plurimi fecerim, & Aui mei iudiciũ ſecutus, & amiciſſimi mei,

fa-

familiariſſimi ueſtri, IVLII. IACOBONII, teſtimonio, atq. aſſidua de uobis praedicatione motus, cui tantũ tribuo, quantũ ipſe, ingenij, doctrinaeq. ui, non laudem modo, ſed etiam laudis cumulum, apud omnes eſt conſecutus: non potui meipſum continere, quin aliquod indicium ex animo meae promerem obſeruantiae. Ab ea igitur profectum hoc officium, quod praeſtare nunc poſſum, licet exiguum, accipite. Cum enim CLENARDI Inſtitutiones Graecae linguae edẽdas curaſſem, eaeq. mihi eſſent alicui de more dedicãdae, cui potius, quãtibi, Graecae linguae ſtudioſo, eas dicarem, inueni neminem. Atque in eo quidem ſtudio cum tu per te plurimum proficias, uteris tamen adiutore induſtrio iuuene, & omnium bonarũ artiũ ſtudijs ualde incenſo, quodq. primum nobis eſſe debet, religione praedito, M. ANTONIO. SABELLICO. Perge, mi IVLI, perge. haec enim eſt ſemita, quae te ad ſolidam gloriam, recto, & expedito curſu, feret. Quod cum tu optime noueris, non faciam, tibi ut diutius obſtrepam. tan-

tum

tum dicam, non te hoc, quidquid eſt, officii, uerum animum, perpendere oportere. In quo primum illud continget, ut ipſe, quod humanitate tua dignum eſt, facias, qui uel haec, quamuis leuia, non ſpernenda tibi duxeris, deinde etiam mihi ad maiora aggredienda animos adiungas. Vale. Venetijs. Idib. Oct. ∞ DLXX.

TITVLI
AC . PRAECIPVA . CAPITA
EORVM,
QVAE . HOC . LIBRO . CONTINENTVR:

Quo facilius, quidquid ex eis quaeratur, discretis possit locis inuenire

Apo-

Ver-

Tem-

✣✣ ἴδμεν,

NICOLAVS. CLENARDVS FRANCISCO. HOVERIO LVDI. LITTERARII. MODERATORI APVD. MECHLINIENSES

S.

CVM ante annos aliquot discipulis meis, quos priuatim docendos susceperam, Graecas litteras tradere uellem, congessi in eam linguam breues admodum Institutiones, ut rudimentorum candidatis instar enchiridij forent. Id opusculum anno superiore praelo committere studui, partim ut auditoribus nostris expeditior uia sterneretur, partim ut desiderio tuo satisfacerem, cui necessitudinis nomine plurimum deberem. Verum nec commoditas in praesentia dabatur typographi, & otium alioqui deerat, quantum lambendus ille partus requireret. Itaque his proximis diebus temporis partem nactus, & Rescio nostro benigne operas praebente, libellum ad limam reuocaui, iustoq. auctario locupletatum reddidi. Merito autem tibi dicandum duxi, ut hoc ueluti testimonio Mechliniensium iuuentuti gratularer, quae, tam diligentem sortita praeceptorem, non ipsa modo in Graecis litteris strenue promouet, sed exteros quoque

que plurimos ſtudiorum fama in ludum tuum pellicit: adeo ut non triuiali ſcholae, ſed celeberrimae cuipiam Academiae praeeſſe uidearis: induſtria paratis aedibus, quae numero noſtrorum gymnaſiorum ſint aemulae. Faxit Deus, ut iſte auſpicatiſſimus curſus magis ac magis in dies proſperetur: & quemadmodum Latinos diſcipulos optime eruditos, ita iam incipias Graecanica litteratura praeditos, e nouis iſtis Athenis ad nos dimittere. Vale. Louanij, XVII Kalend. Apr. Anno ∞ DXXX

GRAECORVM . LITTERAE

Αα	ἄλφα	Alpha	a
Βϐ	ϐῆτα	Vita	u
Γγ	γάμμα	Gamma	g
Δδ	δέλτα	Delta	d
Εε	ἐψιλὸν	Epſilon	e
Ζζ	ζῆτα	Zita	z
Ηη	ἦτα	Ita	i
Θϑθ	θῆτα	Thita	th
Ιι	ἰῶτα	Iota	i
Κκ	κάππα	Cappa	c
Λλ	λάμβδα	Lambda	l
Μμ	μῦ	My	m
Νν	νῦ	Ny	n
Ξξ	ξῖ	Xi	x
Οο	ὀ μικρὸν	o micron	o paruum
Ππ	πῖ	Pi	p
Ρρ	ῥῶ	Rho	r
Σσς	σῖγμα	Sigma	ſ
Ττ	ταῦ	Tau	t
Υυ	ὖψιλὸν	Ypſilon	y
Φφ	φῖ	Phi	ph
Χχ	χῖ	Chi	ch
Ψψ	ψῖ	Pſi	pſ
Ωω	ὦ μέγα	O mega	o magnum

SCHOLIA.

QVATTVOR *columnarum prima ad laeuam cõtinet elementorum figuras, primo quidem loco maiusculas, quibus vti solent in scribendis nominibus proprijs, initijs periodorum, & versuum, ac titulis, siue inscriptionibus librorum: deinde sequuntur minusculae, quibus ubique vtuntur, etiam ubi maiusculae locum habent, nisi in principijs orationum:* ς *tamen &* ϲ *in fine tantum ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina litterarum: secunda quidem Graecis characteribus, tertia vero Latinis in rudiorum gratiam. Porro quarta columna ad dexterã, elementorum potestatem, siue valorem, complectitur, quo pacto scilicet debeant enunciari. De qua re variae sunt hodie, ac multiplices, Grammaticorum opiniones, dum quidam, curiose nimis, ad antiquam pronunciandi rationem omnia uolunt reuocare: cum tamen ipsi prorsus incerti sint, quo pacto prisci illi haec pronunciarint: & coniecturae sint admodum ieiunae. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi prius priscorum aliquem ab inferis excitarunt. Quare adolescentes, huiusce rei cupidos, (cum haec omnia potius viua voce, quam librorum lectione, possint percipi) ad doctos Graecarum litterarum professores remitto. Qui uero illis destituuntur, & proprio Marte linguam Graecam discere coguntur, pronuncient elementa Graeca more Latinorum, Graecis in hac tabella respondentium. Ceterum, in quibus discrepent, paucis perstringam.* Β *profertur vt u consonum, sed illius sonus magis accedit ad b, quam ad f.* Γ *hodie omnino profertur vt g: qui*

dam tamen ante ε η, ι, & similes, efferunt ut Latini suum g ante a, o, uel u. aliquando pronunciatur ut n, ut uidebis apud Clenardum in sequentibus. δ profertur blaesius, quam d nostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo. ξ debet sonum litterarum δ & σ retinere. η, ι, &, υ, atque diphthongi ει, οι, ῃ, & υι sonant hodie ut ι, uocale apud Latinos, consonantis uero nunquam naturam induunt: proprie tamen unicum ι deberet respondere nostro i: η uero & ῃ magis accedere ad sonum e: sic υ & υι ad sonum u, ut a Gallis profertur: in ει autem & οι debuerat utraque uocalis aliquo modo audiri. ϑ debet prolatione a τ & δ discerni. nam magis sibilat, & spumosiori spiritu effertur. κ ante ε, & ι, &c. sonat ut ante α, nempe ut k, uel q. ξ ut κσ non ut e nostris quidam proferunt x, in (exercitus) & similibus, dicentes egzercitus pro ecsercitus. ο, & ω hodie prolatione non distinguuntur, ueluti neque α breue, & α longum. σ ut s in (sum) etiam inter duas uocales, non ut nostri faciunt, qui miser, mizer proferunt. φ effertur hodie ut f: tamen illius sonus ad prolationem p debet accedere. χ ante ε, η, &c. ut ante α.

Vocales longae η. ω. Breues ε, ο. Ancipites, α, ι, υ. quae & communes dicuntur, quod modo sint longae, modo breues.

DIPHTHONGI.

Propriae,						Impropriae,					
αι,	αυ,	ει,	ευ,	οι,	ου.	ᾳ,	ῃ,	ῳ,	ηυ,	υι,	ωυ.
ae,	au,	i,	eu,	i,	u.	a,	i,	o,	iu,	i,	ou.

In

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronuntiatur υ, ut u conſonans.

Vocales praepoſitiuae, α, ε, η, ο, ω, propterea, quod in diphthongis praeponantur. Subiunctiuae autem ι, υ, quod ſubſequantur. Faciunt uero per ſe ſyllabam, quoties duobus in apice punctis notãtur, παϊς *païs*, *puer uel puella*, diſſyllabum: ἄϋπνος aypnos, *inſomnis*, triſyllabum. Ceterum in tribus ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus affigitur, ſed infra ſubſcribitur.

Ut, ſi ex dictione Latina (haue) reijciatur e, atque in au, retineatur pronunciatio, quae erat in integro, haue. Rectius, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hic pronunciant ut u in diphthongis Latinis au, eu, audio, euge. Porro diphthongus ου non profertur, ut Galli proferunt u Latinum in dictione (dominus) ſed ueluti ou in dictionibus Gallicis (nous uous) *aut ut u ab Italis effertur. Supple. Quamuis dictum ſit dici ſubiunctiuam, quod ſubſequatur.*

Mutae { Tenues π, κ, τ. / Mediae β, γ, δ. / Adſpiratae φ, χ, θ. }

Duplices { ζ σδ. / ξ, κσ, γσ, χσ. / ψ πσ, βσ, φσ. }

Liquidae, ſiue immutabiles, quattuor, { λ, μ, ν, ρ. }

Mutae appellantur aut Tenues, aut Mediae, aut Adspiratae quadam relatione, non quidē habita ratione unius tenuis ad alteram tenuem, sed tenuis π, ad mediam β, & adspiratam φ. nam hae tres magnam habent inter se affinitatem, & facile una migrat in alteram, quippe quae eodem instrumento uocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensione, uel remissione, differant. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiā, in π minimam, in β mediocrem adhibemus, Eadem est ratio secundi ordinis mutarum κ, γ, χ, quae palati, ac tertij τ, δ, θ, quae dentium auxilio proferuntur. Quod dico uerum esse, deprehendetur, si unicuique ordini praeponatur uocalis, hoc modo απ, αβ, αφ: & ακ, αγ, αχ: atque ατ, αδ, αθ. Hinc colligimus δ debere proferri blaesius, quā d Latinum: & in prolatione ζ, sonum δ & ς, debere aliquo modo retineri. Adde, quod Dores confundebant ζ cum σδ, & uerba in ζω per σδω efferebant. Verum ego illis potius assentior, qui per litterarum metathesin id fieri asseuerant, σδω pro δσω: atque iccirco malim ζ, δσ, quam σδ ualere. Aeoles autem uerba in σω efferunt per ζω: unde ζ creditur ualere non solum δσ, sed etiam duplex σς. Ξ magnam habet cognitionem cum secundo mutarū ordine κ, γ, χ. nam saepe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, ut satis constat ex uerbis in κω, γω, χω, quorum futurum habet ξω, pro κσω γσω χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est, κος, γος, χος, non ξος. sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mutarum ordine. Appellantur Liquidae eadem ratione, qua apud Latinos l, m, n, r: quod post mutam positae quasi liquescentes, ac euanescen-

nescentes, uim consonantis interdum amittant, neque uocalem praecedentem longam efficiant, ut aliae consonantes. Immutabiles autem dictae sunt, quod non tam facile mutentur, quam aliae consonantes in inflexionibus nominum, & uerborum, sicuti planum fiet ex sequentibus

DE ORTHOGRAPHIA, & consonantium nexu, appendix.

Quoniam ex consonantium mutua quadam affinitate, uel odio, ut ita dicam, paene infinitae litterarum mutationes oriuntur, dum scilicet duae, aut tres consonantes nō possunt inter duas uocales, uel in principio dictionis, ante uocalem propter mutuum odium consistere, cum cognatae, propter mutuam inter se affinitatem, gaudeant coniungi, & inuicem combinari, uolui paucis perstringere, quae consonantes simul possint inter duas uocales, uel in principio dictionis collocari, & quae non: ac, si inter duas uocales reperiantur, num ad praecedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat, ut in τύπτω, id est, uerbero, num π, syllabam praecedentem τυ, an sequentē τω, sequatur. Quae res profecto est animaduersione digna: cum ad ueram orthographiam non parum conducat, & ad intelligendas tam in nominibus, quam in uerbis, uarias consonantium inter se mutationes paene necessaria uideatur. Primo itaque sciendum, quod, si duae mutae debeant simul poni, ut una alteram consequatur, necessario tenuis praecedet tenuē, ut τέτυπται, uerberatus est,

pro τέτυφται: uel propriam adſpiratam, ut Σαπφὼ, Sappho, pro Σαφφὼ: & media mediam, ut ἕϐδομος, ſeptimus, non ἕπδομος, licet ueniat ab ἑπτὰ, id eſt, ſeptem. ὄγδοος, octauus, non ὄκδοος, ab ὀκτὼ, octo: atque adſpirata adſpiratam, ut ἐτύφθην, uerberatus ſum, pro ἐτύπθην. non tamen quaeuis tenuis, quamuis tenuem, aut media mediam, uel adſpirata adſpiratam, antecedet. nam τ, δ, θ, numquam primum inter affines, ſed ſemper ſecundum locum occupant, ut ex τέκω quidem, inſerto per pleonaſmum τ ante ω, & mutato ε in ι, dicam τίκτω, id eſt, pario, ubi τ ſequitur aliam tenuem κ: in πέτω uero, poſito π ante ω, non poſſum dicere πίτπω: nam τ praecederet aliam tenuem, quod fieri non poteſt. itaque dicendum πίπτω, id eſt, cado, ubi τ ſecundum locum occupat. Praeterea unaquaeque tenuis, uel media, poteſt ſeipſam praecedere: ut ἵππος, equus: ἐκκλησία, eccleſia, coetus: γλῶττα: lingua: ἄββαλεν pro ἀνέϐαλεν, reiecit: ἄγγελος, nuncius: ἅδδην, ſatis. adſpirata uero numquam ſeipſam praecedit: non enim dicere poſſumus Σαφφὼ, ſed Σαπφώ. Hoc quoque ſciendum, quaſlibet duas mutas, inter duas uocales poſitas, modo eadem non geminetur, ut ἵππος, aut tenuis adſpiratam praecedat, ut Σαπφώ) ambas ad ſequentem ſyllabam pertinere, ut τύπτω: praeter γδ, ut quibuſdam placet, qui nituntur regula generali, quae ait: Duas aut tres conſonantes numquam ad ſyllabam ſequentem pertinere, niſi aliqua dictio Graeca incipiat ab illis conſonantibus: ſi uero illae reperiantur in principio alicuius uocabuli, cum erunt inter duas uocales, ſemper ad ſyllabam ſequentem pertinebunt,

bunt,

bunt, nisi in compositione: ut in τύπτω, uerbero, & ἄστρον, astrum, πτ & στ pertinent ad syllabas sequentes: quia multae dictiones Graecae incipiunt a πτ, & στ: ut πτῆμι, uolo uolas, & στρέφω, uerto, & aliae multae. In compositione uero, ut ἔκρεω, effluo, ab ἐκ & ῥέω, κ pertinet ad praecedentem ratione compositionis: quamuis κ & ρ inueniantur in principio multarum dictionum, ut κρατέω, potens sum, &c. immo unica consona ratione compositionis ad praecedentem syllabam pertinebit, cum inuenietur inter duas uocales, ut in ἐξάγω, educo, ξ pertinet ad praecedentem. nam dictio componitur ab ἐξ & ἄγω. Ceterum nullum uocabulum Graecum incipit a γδ: ideo, iuxta eorum sententiam, γ trahetur ad syllabam praecedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, & σ. Duplices numquam inueniuntur in principio dictionis coniunctae cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positae inter duas uocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita ut ad syllabam sequentem pertineant, ut in ἔλξις tractus, & ἔξπυς, sex pedum, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem. quare diuidantur necesse est, ἕλ-ξις, ἕξ-πυς. Idem iudicato de aliis. Liquidae λ, μ, ν, ρ, consonantem praecedentes, ut ἄρτος, panis, numquam ad syllabam sequentem pertinent, praeter μν, ut μνᾶ, mna, mina, ἀ-μνὸς, agnus. Cum uero consonantẽ sequuntur, illae & consona praecedens ad syllabam sequentem trahuntur, ut πα-τρὸς, patris, modo non sequantur aliam liquidam, aut σ. nam tum diuidũtur, praeter μν, ut dictũ est, ueluti ἅρ-μα, currus: ἄλ-σις, saltus. Si uero sequãtur duas consonãtes, quae per se traherẽtur

ad syllabam sequentem, cnm liquida coniunctae ad sequentem quoque omnes trahentur, vt ἄ-στρον. nam σ & τ, ad sequentem pertinerent, vt patet ex στήλη, columna. Quidam hinc excipiunt θλ, vt ἐθλὸς, bonus: quia nullum uocabulum Graecum incipit a θλ: quamuis θ interdum in principio dictionis inueniantur, ut θένω, possum, & ideo ad syllabam sequentem pertineant, cum inter duas uocales solae reperiuntur, vt ἀθενὴς, debilis. Idem iudicium est de θμ, vt ἆθμα, anhelitus. nulla enim dictio incipit a θμ. Tamen regula illa generalis posita (quod bona illorum uenia dixerim) eos, qui illa nituntur, aliqua ex parte fallit. nam, quamuis uerum esse, sicuti est, fatear, consonantes, quae in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: uerumtamen regulae conuersae non possum assentiri, nempe consonantes in medio diuidendas, quae in principio non inueniuntur cōiunctae. nam, si hoc esset uerum, (cum θμ numquam in principio inueniantur) βαθμὸς, gradus, & ἆθμα, necessario sic diuiderentur, βαθ-μὸς, ἆθ-μα, quod & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui uno ore affirmant, Nullam syllabam in adspiratam desinere. Quare, meo quidem iudicio, γδ, θλ, & θμ poterunt coniungi, ὄ-γδοος, ἐ-θλὸς, ἆ-θμα. Nunc dicēdum quas consonantes liquidae possint praecedere, ac sequi, & quas non: ac primo quidem unaquaeque liquida seipsam praecedit & sequitur in medio dictionis: in principio uero, aut fine, nulla prorsus consona geminatur. Porro λ, praecedit omnes consonantes praeter ζ, ρ, ψ: sequitur autem omnes mutas, praeter δ: sed duplices, aut σ, numquā

sequi-

sequitur μ, *praecedit tantum tres mutas*, π, β, φ, *unam duplicem* ψ, *& unam liquidam* ν: *sequitur sex mutas* κ, γ, χ, τ, δ, θ, (*sed* χ *non nisi rarissimae*) *duas liquidas* λ, ρ, *&* σ: *alias consonantes numquam aut praecedit, aut sequitur*. ν *praecedit tantum tres mutas*, τ, δ, θ, *&* σ: *alias consonantes numquam: sequitur uero omnes mutas prater* β, *omnes quoque liquidas: duplices uero aut* σ, *numquam*. ρ, *praecedit omnes consonantes, praeter* ζ, λ: *sequitur autem omnes mutas, at post alias consonantes numquam inuenitur. Et haec de liquidis. Porro* σ *tantummodo mutas, &* μ, *praecedit, atque cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur uero solum tres liquidas*, λ, ν, ρ, *idque raro: cum alijs autem consonantibus numquam connectitur: ipsum tamen saepe geminatur*, γλῶσσα, *lingua*.

CANONES PRO-nunciationis.

Accentus tres: Acutus ´ Θεός, Theos, *Deus*: λόγος, logos, *sermo*: τύπτομεν, typtomen, *uerberamus*. Grauis ` τιμὴ, timì, *honor*. Circumflexus, ˜ ποιῶ, pioˆ, *facio*: βοᾶτε, uoaˆte, *clamatis*. Acutus, & circumflexus attollunt syllabam quam afficiunt, grauis deprimit.

Spiritus duo, Asper, siue densus ʽ ἅμα, hama, *simul*. Lenis, siue tenuis ʼ ἐγὼ, ego, *ego*. Semper autem uocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet e spiritibus. Consonans ρ in principio quidem adspiratur, ῥώμη, rhomi, *robur*: in medio

uero

uero si geminetur, priore loco laeuigatur, posterio re adspiratur, πόῤῥω, porrho, longe.

P non semper in principio adspiratur, ut Auctor ait. Nam, si secunda quoque syllaba incipiat a ρ in aliquo nomine, tum primum ρ laeuigatur: ut ῥαφιὰς, ῥάφιον, ῥάρος, ῥωρὸς, Ceres, puer, robustus, uehemens. Verum nulla praeter haec quattuor inuenies. Ceterum ρ simplex in medio dictionis (de quo Auctor nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere tamen apud poetas, in optimis exemplaribus, interdum inuenies unicum ῥ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solum, dum poetae, metri gratia, ex gemino ῤῥ primum subtrahunt, ut ἄῤεκτον, pro ἄῤῥεκτον, imperfectum: & sic de alijs.

Apostrophos, nota est reiectae uocalis, α, ε, ι, ο, aut diphthongi αι, οι: quod fit ob sequentem uocalem, quae si adspiretur, migrat praecedens tenuis in adspiratam, πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*, πάντ᾽ ἔλεγον, pandelegon (prolatio enim est in morem unicae dictionis) ἀπὸ οὗ, *a quo*, ἀφ᾽ οὗ: κατὰ οὗ, *contra quem*, καθ᾽ οὗ: νύκτα ὅλην, *noctem totam*, νύχθ᾽ ὅλην.

Vocales, quae per apostrophũ reyciuntur, aut sunt natura breues, ut ε, ο: aut ancipites correptae α, ι: aut diphthongi αι, οι, quae in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poetas saepe corripiuntur, dum sunt finales. Longa enim per apostrophum non eliditur. Si uocalis, inquit, sequentis dictionis notetur spiritu aspero, & reiecta ultima uocali praecedentis dictionis, remaneat in

illius sine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt te
nues in proprias adspiratas φ, χ. θ. Reddit rationem,
quare scripserit litteris Latinis pandelegon unica dictio-
ne, cum in Graeco sint duae: quia, inquit, in huiuscemodi
apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem uni
cae. immo (quod magis mirabere) consona praecedentis
dictionis ultima pertinet ad syllaba sequentem, non ad
praecedentem, ut ἀ-φ' οὗ, neque solum ultima, sed etiam pe-
nultima, modo possit coniungi cum ultima, ut, νύ-χθ' ὅλην.
nam χθ facile (ut in superioribus dictum est) coniungun-
tur: sed in πάν-τ' ἔλεγον, ν trahitur ad praecedentem. nā
ντ non coniunguntur. Ratio, quare ad sequentem ita tra-
hantur, est, quia prima sequentis dictionis uocalis succe-
dit in locum abiectae. aequum est igitur, ut consonantes,
quae ad uocalem abiectam referebantur, nunc ad uoca-
lem sequentem trahantur, & non ad praecedentem: ex
hoc enim absurdum saepenumero sequeretur, syllaba in
adspiratam desinente, ut in ἀφ' οὗ & νύχθ' ὅλην: quod num-
quam in pure Graecis potest cōtingere. nam ἰωσήφ, ἐνώχ,
& ῥέθ, Ioseph, Enoch, & Rhuth, Hebraica sunt, & non
Graeca, pro quibus Graeci dicerent ἰώσηφος, ἔνοχος, ῥέθα,
& Latini Iosephus, Enochus, Rhutha. Porro in οὐχ οὗτος,
nonne ille? & similibus, χ trahitur ad syllabam sequentē;
quamuis apostropho non notetur: re uera tamen apostro-
phi nota intelligitur, & οὐχ pro οὐχὶ dictum est. solet enim
interdum apostrophi nota abijci, ut διό pro δι' ὃ ideo: κα-
τάπαν, pro κατ' ἅπαν, omnino: καθάπαξ, pro καθ' ἅπαξ,
prorsus: καθάπερ, pro καθ' ἅπερ, quemadmodū. ανθῶν, pro
ἀνθ' ὧν, eo quod: quae exempla satis manifeste declarant,

con-

conſonantes ſyllabae apoſtrophum paſſae ad ſequentis dictionis uocalem pertinere. nullus enim nō uidet in ἀνθῶν, θ nectendum cum ω, ἀν-θῶν, & non cum α, ἀνθ-ῶν. Dictiones quoque monoſyllabae quod dicimus, neceſſario uerum eſſe per ſe ſatis indicant, ut σὲ, te. σ' ἐγὼ, te ego: ubi σ non poteſt niſi ad ſyllabam ſequentem trahi. Haec pluribus ſum proſecutus, quod uiderem, ab omnibus ferme Typographis, qui orthographiae maxime ſtudent, id aliter obſeruari. Illis uero imponit compoſitionis regula perperam intellecta. cum enim uideant ab omnibus uno ore receptum eſſe, ut ultima conſonans harum praepoſitionum, ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, σὺν, ὑπὲρ in compoſitione ante uocalem poſitarum, non ad ſequentem, ſed ad praecedentem uocalē, ratione compoſitionis, trahatur (ut ἐν-άγω, induco: εἰσ-άγω, introduco: ἐξ-άγω, educo: προσ άγω, adduco: συν-άγω, conduco, id eſt, ſimul duco: ὑπερ-άγω, ſupero) credunt eandem eſſe rationem in παράγω, tranſeo: κατάγω, deduco, et ſimilibus, & a fortiori in apoſtropho, ut ἐπ' ἐμοὶ, in me. Verum ratio non eſt eadem. nam in ὑπεράγω ρ iungitur cum ε: quia ante compoſitionem cum eo iungebatur. in παρὰ uero, ρ non adhaeret cum πα, ſed cum α finali: quare in compoſitione, aut apoſtropho, nō cum πα, ſed cum uocali, quae in locum τοῦ α ſuccedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, uocalem acutam, quae per apoſtrophum abijcitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δεινά, δείν' ἔπη, grauia uerba: in alijs uero dictionibus una cum uocali accentus quoque abijcitur, ἀπὸ, ἀφ' οὗ.

Gam-

Gamma γ, ante γ, ξ, χ sonāt perinde ut n: ἄγγελος, angelos, *nuncius*: λύγξ, lynx, *singultus, uel lynx fera*: ἔγχος, enchos, *hasta*. sic ante κ, sed ipsum κ sonandum ut g, πέφαγκα, pephanga, *apparui*.

Tau τ post ν, ut d: τὸν τάνταλον, tō Dandalon, *Tantalum*.

Ny ν ante β, μ, π, ut m: τὸν βίον ton uion, *uitam*: τὴν μερίδα, tim merida, *particulam*: τὸν πίθον, ton bithon, per b, *dolium*.

Pi π post μ, ut b Latinum, πέμπο pembo, *mitto*. Itidem post ν in diuersis dictionibus: τὸν πίθον, ton bithon, *dolium*.

Credo Graecos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, protulisse: sed potius scripsisse γ pro ν ante has litteras, quia ν proferent ut γ: uel certe quod ν natiuum sonum hic non retineret. est enim ν difficillimae pronunciationis, si ponatur ante aliam consonantem, ut licet ex praepositio ne Latina con in compositione conijcere. Qui linguam Hebraeam callent, hoc apertius norunt: uix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed fere semper illud mutant in consonam, quae sequitur, ut faciunt Latini in collaudo. immo Graeci (ut antea diximus) numquam ponunt ν ante aliam consonatem in eadem dictione, nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, δ, θ, & aliquando ante σ, sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, uel illud omnino elidunt, ut poteris colligere ex σὶν, cum, & ἐν, in, in compositis: de quibus copiose Clenardus in tractatu de Inuestigatione thematis in uoce συῤῥήγνυσθαι, cōfringi.

Interdum uero aliam consonam inserunt, ut ἀνδρὸς, uiri, pro ἀνρός. Modo diuersae illae dictiones puncto non diuidantur. nam, si dictio, periodum claudens, desinat in ν, & prima littera alterius sententiae sit π, haec regula non habebit locum, neque etiam praecedentes, si simile quippiam contigerit. immo e doctoribus multi hodie diuersam hanc litterarum γ, κ, τ, ν, π, pronunciandi rationem neq. obseruant, neque obseruandam censent.

PARTES. ORATIONIS OCTO

NOmen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, Praepositio.

CASVS. QVINQVE

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. siquidem Ablatiuo Graeci carent.

NVMERI. TRES

Singularis, Dualis, Pluralis. Vtimur duali, cum de duobus est sermo. In duali uox eadem nominatiui, accusatiui, & uocatiui: itidem genitiui, & datiui. Sic in plurali semper nominatiuus idem cum uocatiuo.

Libuit hoc loco partes orationis, atque earum accidentia, Graeco sermone subijcere: ut Graeca Graecae possis inflectere, neque Latinas accidentium uoces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic a Graecis appellãtur, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ. ἀντωνυμία. ἄρθρον, ἐπίῤῥημα,

σύν-

σύνδεσμος, πρόθεσις: *nomen, uerbum, &c. ut in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia ſunt,* εἶδος πρωτότυπον καὶ παράγωγον: *ſpecies primitiua, et deriuatiua:* σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παρασύνθετον: *figura ſimplex, cõpoſita, & decompoſita: tamẽ figura decõpoſita, id eſt, cũ dictio deducitur ab alia compoſita, non habet locum in pronominibus, aut articulis: neque etiam ſpecies in articulis, niſi uelis deriuare poſtpoſitiuum a praepoſitiuo:* ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικὸς: *numerus ſingul. dual. & plural.* πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον: *perſona prima, ſecunda, tertia: ſed perſona magis pronomini, & uerbo, quam alijs, conuenit. Porro partibus, quae per caſus declinãtur, accidentia communia ſunt,* γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, καὶ οὐδέτερον: *genus maſc. & fem. & neutrum: adde nomini* κοινὸν, καὶ ἐπίκοινον: *cõmune, & promiſcuũ:* πτῶσις εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: *caſus rectus, ſiue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, & uocatiuus: articuli tamen uocatiuum nõ habent. Verbo cõmunia cum participio ſunt:* χρόνος ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, ὑπερσυντελικὸς, ἀόριστος, καὶ μέλλων: *tempus praeſens, imperfect. perfect. pluſquamperfect. indefinitum, & futurum:* γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν, ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικὸν: *genus actiuum, paſſ. neutr. commune, ſiue medium, & deponens. Verbum uero ſibi ſoli uindicat* ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: *modum indicatiuum, imper. optat. ſubiunct. & infinitiuum. Sed de his hactenus. Poſſumus tamen uti plurali, quamuis de duobus tantum-*

modo

modo fiat sermo: atque non raro inuenies poetas in eadem periodo nunc hoc, nunc illo numero usos: immo substantiuum interdum in uno, adiectiuum in altero numero collocant. idem iudicato de relatiuo cum suo antecedente, ac de uerbo cum suo nominatiuo. Ceterum confusus hic dualis, ac pluralis numeri usus habet tantummodo locũ, cum de duobus sermo habetur. si enim de pluribus uerba fiãt, non possumus dualem admiscere, sed solo plurali erit utendum. Assignat hic generales quasdam regulas, communes omnibus orationis partibus, quae per casus inflectuntur. his si placet adijce sequentes: Genitiuus pluralis semper desinit in ων. Accusatiuus pluralis in ς, nisi in neutris. Genitiuus, & datiuus duales, in οιν, uel αιν, nisi in tribus pronominibus primitiuis, de quibus postea: et in quarta declinatione, quae mutat οιν tertiae in ων. Datiuus pluralis fit a datiuo duali, migrante ν in ς, nisi in quincta declinatione. & tribus illis pronominibus. Accusatiuus singularis finitur in ν, cum uocali nominatiui, nisi in quincta, & tribus pronominibus, ac neutris quibusdam, quae accusatiuum nominatiuo similem habent, iuxta regulam neutrorum, quas assignat Clenardus in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis, & datiuis singularis, ac pluralis numeri, atque in toto duali. Ceterum, de datiuo singulari, finito in ι, aut in diphthongum impropriam ᾳ, ῃ, ῳ, uide Auctorem in Annotationibus in declinationes simplices.

Latini inter declinandum usurpant hic, haec, hoc: Graeci uero articulum ὁ, ἡ, τό: quem uocant prae-

praepositiuum, quod nominibus praeponatur. Inflectitur autem sic: Mascul. Singul. Nominatiuus ὁ, hic. G. τοῦ, huius. D. τῷ, huic. A. τὸν, hunc. Dual. N. & A. τὼ, hi, & hos, de duobus. G. & D. τοῖν, horum, & his, de duobus. Pluralit. N. οἱ, hi. G. τῶν. horum. D. τοῖς. his. A. τοὺς, hos.

Femin. S. ἡ, τῆς, τῇ, τήν. D. τὰ ταῖν. P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό. D. τὼ τοῖν. P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Articuli uocatiuum ignorant: pro quo, in declinationibus, utimur aduerbio uocandi ὦ, o.

De articulis uide plura post tractatum Pronominum.

DECLINATIONES
nominum quinque.

PRima est in ας masculinorum, ὁ Αἰνείας, *Aeneas*, & in ης partim masculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryses*: partim communium, ὁ, καὶ ἡ λῃστὴς, hic & haec latro: quorum genitiuus in ου, datiuus in ᾳ uel ῃ diphthongum impropriam, accusatiuus in αν uel ην, uocatiuus in α uel η, secundum terminationem nominatiui. Dualia, & pluralia conueniunt cum articulo feminino, ablato τ.

S. { ας, ου, ᾳ, αν, α. D. α, αιν. P. αι, ῶν, αις, ας, αι.
ης, ῃ, ην, η.

S. ὁ αἰνείας, τοῦ αἰνείου, τῷ αἰνείᾳ, τὸν αἰνείαν, ὦ αἰνεία.

D. τὼ αἰνεία, τοῖν αἰνείαιν, ὦ αἰνεία.

P. οἱ αἰνεῖαι, τῶν αἰνειῶν, τοῖς αἰνείαις, τοὺς αἰνείας, ὦ αἰνεῖαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.
ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ. & ita deinceps.

Quinque Graecorum linguae praecipuae. (Communis, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica) ex quibus Attici in omni declinatione uocatiuū ſimilem formant nominatiuo, ὁ, & ὦ αἰνείας.

Antequam de uarietate huius declinationis ſecundum uaria idiomata aliquid dicamus, prius uidendum, quid intelligant Graeci per huiuſmodi linguas, ſiue dialectos, aut idiomata: de quibus Clenardus in fine huius declinationis nonnihil attigit. quinque enim linguas praecipuas eſſe apud Graecos ait, utpote quae a magni nominis auctoribus fuerunt celebratae, & quibus ſcripta paene infinita librorum uolumina poſteritati reliquerunt. Fuerūt uero & aliae multae, tot ſcilicet, quot fuerunt nationes, quae Graeco ſermone uterentur uelut Boeotica, Sicula, Rhegina, Cretenſis, Tarētina, Cypria, Chalcidica, Macedonica, Argiua, Theſſala, Laconica, Syracuſana, Pamphilica: uerū minus praecipuae merito dici poſſunt, quod illis nulli libri, qui ad noſtra uſque tempora peruenerint, ſcripti fuerunt. Itaque prorſus periſſent, niſi alij auctores ſuis libris quaedam ex illis dialectis admiſcuiſſent: ut Ariſtophanes, qui in ſuis comoedijs, quamuis eas Attica lingua ſcripſerit, inducit interdū perſonas alterius nationis, propria dialecto utentes: ut Boeotica Boeoticas mulieres. Alij quoque poetae propria quaedam harū linguarum uſurparunt. Quare nonnulla adhuc illarum ueſtigia apparent: ſed non ut earum, quas Auctor hoc loco praecipuas uocat. Ut autem totum huiuſce rei negotium

tium

tium tibi ob oculos proponatur, ac, quid Grammatici per idiomata intelligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem omnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus, ditioni Regis subditis, uersantur, neque solum ibi, sed passim inter omnes ferme non omnino obscuros homines, Gallice scribunt, ac loquuntur: non tamẽ omnes ita terse, ut ij, qui Regis aedes, aut Parisiẽ se forũ frequentant: ut iudicatu difficile non sit, (si quis eos loquentes audiat, uel eorum scripta legat) ad quod idioma illorum sermo accedat. Vix enim fieri potest, quin aliquid e propria, siue materna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus: sunt tamen aliqui, maximo ingenij acumine praediti, qui, quasi uernaculae linguae obliti, terso, ac puro sermone utuntur: immo peculiares quasdam phrases, ac dicendi modos, ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarũ urbium dialectis ueluti Atticismos obseruant, quibus, quasi quibusdam flosculis, non raro sua scripta ornatiora reddunt. Eodem ferme modo in Graecia olim, omnes sermone quodam communi (cuius praecepta nunc in Grammaticis tradũtur) loqui, ac scribere nitebantur, sed in eis fere semper aliquid proprij, ac materni idiomatis deprehẽditur, ut in Hippocrate Ionici, unde erat oriundus. neque enim illi, cum in rebus magis, quã in uerbis, laboret, curae erat, omnes uoculas linguae cõmunis, quae ad Atticismum maxime accedebat, obseruare. At rursus aliqui uerbis, & phrasi, nõ minus, quã rebus, addicti, (quales fuerunt Demosthenes, Plato, & Lucianus) non solum ad unguem communis linguae phrasim obseruabant, sed etiam, ut communẽ ditare

uiderentur, ex alijs idiomatibus, praecipue ex Attico, nonnullas loquendi formulas, uel etiam peculiares quasdã uoces, aut uocum flexus decerpebant: quae omnia tandem temporis successu communi usu recepta sunt. Haec autem intelligo de his auctoribus, qui prosa oratione scripserunt. nam poetae multo maiorem sibi licentiam permiserunt. Cum igitur audis Demosthenem Attice locutum, et Aristophanem Attice locutum, quorum stylus est longe dissimilis, quamuis eodem saeculo floruerint, ne turberis. nam uterque communi lingua scripsit: sed Demosthenes, genere Atticus, quamuis communi sermone, ut ab omnibus Graecis intelligeretur, loqui nitebatur: tamẽ certas quasdam uoces, ac dicendi formulas, ex Attico sermone depromptas, sibiq. familiares retinere gaudebat, quo facundior uideretur. Aristophanes uero, ut populo Atheniensi gratus esset, sermone, plebi infimae, ac mulieribus familiari, uti studebat. Vt hodie Lutetiae uidere licet fabularum actores, ut risum auditorum captent, uti sermone muliercularum, a communi Gallico nonnihil degenerante, nam ρ in ς non raro commutant, reliquas litteras blaese, ac compressis labijs enunciant. Patroni uero, qui in foro caussas agunt, quamuis pure, ac proprie loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpant, non nihilq. ex Aureliano, ubi forte legibus operam nauarunt, ac rursus aliquid ex huius, uel illius celebris ciuitatis idiomate, praecipue uero e Regis domesticorum sermone depromptum: cauent tamen maxime, ne muliercularũ more loqui uideantur. si enim illarum sermonem imitarentur, fabula omnibus essent, maximoq. risu ab auditori

bus

bus exciperentur. Confer nunc Demosthenis orationem cum ea, qua utuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Aristophanis uero comoedias, cum fabulis illorum histrionum, qui, agendo, sermonem Lutetianae plebeculae familiarẽ repraesentant. Itaque, ut eo, unde digressi sumus, nostra recurrat oratio, Grammatici per Dialectos, idiomata, siue Linguas, nihil aliud intelligunt, quam sermonis quandam proprietatem, qua distinguitur loquellae uarietas, quae semper solet contingere inter diuersos eiusdem nationis tractus: cum hi paullo aliter loquantur, quam illi, ac cuique proprium quippiam e natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare uideatur, alij quoque usurpare gaudent: &, quod uni urbi aut nationis paruo tractui proprium erat, ac peculiare, aliquo temporis interuallo in communem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuersis uariorum tractuum proprietatibus, quae insigne quiddam, & auribus gratum continebant. Ne igitur mireris, si uideas, Clenardum, qui de Dialectis nihil prorsus in suis Institutionibus praecipere decreuerat, sed tantum nonnullum communis linguae usum, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos, atque alias Dialectos, inculcare. annotat enim tantummodo, quid ex quaque lingua decerpserint ij auctores, qui communi lingua scripserunt: ueluti Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, ac reliqui fere omnes, qui soluta oratione scripserunt: quamuis Attice scripsisse dicantur, quod scilicet plura ex Attico, quam alio, idiomate decerpserint. Herodotus uero, et Hippocrates, Ionice dicuntur scripsisse, quod plura ex Ionica proprietate, quam ex alia, desu-

inpserint. Idē iudicato de reliquis. Nos uero in his Scholiis non solum quae ab oratoribus, & communi usu ex uariis idiomatibus recepta sunt, annotabimus, sed ea etiā, quae poetae ex illis arripuerunt, uel sua licentia, ut scilicet metri hiatum implerent, uel etiam nulla carminis necessitate coacti, sed potius, ut τὴν τοῦ πεζοῦ λόγου φράσιν euitarent, uel quod materna dialecto magis delectarentur: ut Aristophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Aeolica Alcaeus, quamuis uernaculae, ac sibi familiari, alias quoque admisceant. Herodotus etiam, & Hippocrates, qui soluta oratione scripserunt, Ionica utrique uernacula sunt maxime delectati. Ceterū, ut aliquid in genere de his praecipiatur, breui schemate subiiciam, quid unaquaeq. dialectus sibi ueluti proprium uindicet.

Attica ponit { ρ, τ, ξ } *pro* σ {

- θαῤῥεῖν, *pro* θαρσεῖν, *confidere: id fit dum* ρ *est ante* σ, *ut in hoc exēplo.*
- γλῶττα, *pro* γλῶσσα, *lingua: hoc semper obseruatur, ubi est duplex* σσ: *atque interdum ubi est simplex, ut* τήμερον, *pro* σήμερον, *hodie.*
- ξύμφερον, *pro* σύμφερον, *utile: istud habet locum in compositis a praepositione* σὺν, *cum.*

Gaudet praeterea contractionibus, ut πατρῷος, πατρώϊος, *paternus: hoc fit, quando commode duae uocales in unam possunt contrahi.*

Coniungit etiam duas dictiones in unā, ut τοὔνομα, *pro*

τὸ ὄνομα, nomen : istud praecipue fieri solet praecedentibus τὸ, τὰ, καὶ, πρὸ, & sequente dictione, quae incipiat a uocali. Vide Clenardum circa finem Annotationum in uerba.

Ionica { η, κ, π, κ, τ } pro {
- α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, dies: hoc fit, ubi communiter α est longum.
- π, κῶς pro πῶς, quo modo: hoc fit in interrogatiuis, & relatiuis.
- φ, χ, θ, } ἀπαιροῦμαι, pro ἀφαιροῦμαι, auferor: hoc obseruatur in compositione.

nam retinent tenues π, κ τ, ubi communiter mutarentur in φ, χ, θ. Vide Clenardum, ubi agit de augmento imperfecti. Habet quoque locum aliquando in simplicibus, ut δέκομαι pro δέχομαι, suscipio: et δεκόμεθα pro δεχόμεθα.

Adhaec Ionica, Atticae hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, sed ποιέω, facio, sine crasi.

Dorica { α, α, η, η, ω } pro {
- η, ἁμέρα, pro ἡμέρα, dies.
- ω, μουσᾶν, pro μουσῶν, Musarum : hoc fit in genitiuo plurali primae, & secundae declinationis.
- α, ζῆν pro ζᾶν, uiuere: istud habet locum in contractionibus, quae communiter ex αε, & αη, in α, & ex αει, & αῃ in ᾳ fierent, Dorice uero in η monophthongum.
- ει, λαβῆν, pro λαβεῖν, accepisse.
- ου, μῶσα, pro μοῦσα, Musa : hoc habet

locum in nominibus, & aliquando etiam in uerbis, cum nulla est crasis.

Dorica pro:

- ευ — ου, δημοσθένευς, pro δημοσθένους, Demosthenis: hoc obseruatur, quoties ου uenit ex contractione facta ex εο uel εου, & quoties ου in uerbis haberet accentum circumflexum, quamuis non ueniat ex contractione, ut ἄλλομαι, salio, futurum medium ἀλοῦμαι, & dorice ἀλεῦμαι, saliam.
- οι — ου, τύπτοισα, pro τύπτουσα, uerberans: haec mutatio fit in participiis femininis barytonorum. Aeoles quoque eodem modo ω, ευ, & οι, pro ου ponunt.
- τ — σ, τὺ, pro σὺ, tu.
- σ — θ, σεὸς, pro θεὸς, Deus.
- ς — ν, τύπτομες pro τύπτομεν, uerberamus: hoc fit in omnibus primis personis pluralibus finitis in μεν.
- α — ε, αἴκα, pro αἴκε, uel εἴκε, si: & πόκα, pro ποτὲ, aliquando.
- αι — ει, αἴκε, pro εἴκε, si: dicimus etiam αἴκεν & εἴκεν: & sine pleonasmo τοῦ κεν, αἰ pro εἰ, si.
- ω — οι, πωμενικὸς, pro ποιμενικὸς, pastoralis.
- τ — η, τῆνος, pro κεῖνος, uel ἐκεῖνος, ille.
- η — τ, πόκα, pro ποτὲ, aliquando.

De-

Detrahit quoque ι *ex diphthongo* ει, *ut* λάβεν, *pro* λαβεῖν, *accepisse.*

In diphthongis improprijs ᾳ, ῃ, ῳ, *iota subscriptum negligit, ut* τῶ αἰνεία, *pro* τῷ αἰνείᾳ, *Aeneae.*

Utitur etiam interdum casibus pluralibus pro femininis singularibus, ut καλαὶ *pro* καλή, *formosa*

Geminatis quoque σσ, ττ ππ *pro simplicibus utitur, ut* ὄσσον *pro* ὅσον, *quantum:* ὅττι *pro* ὅτι, *quod:* ὅππη *pro* ὅπη, *ubi, quo.*

Aeolica	α	*pro*	η	ἀμέρα, *pro* ἡμέρα, *dies: id fit Dorum more: sed Dorice huiusmodi* α *producitur, & Aeolice corripitur.*
	ω		ου	ἰδῶσα, *pro* ἰδοῦσα, *uidens: hoc fit praecipue in participijs femininis in* ουσα, *quae communiter circumflectunt* ου.
	ω		ο	ὤμοιος *pro* ὅμοιος, *similis.*
	ππ		μμ	ὄππατα *pro* ὄμματα, *oculi.*
	η		ει	ἐλθὴν, *pro* ἐλθεῖν, *uenisse.*

Retrahit etiam accentum acutum ab ultima syllaba in paenultimā in disyllabis, & in antepaenultimam in polysyllabis: ut κάλος, *pro* καλὸς, *pulcher:* πόταμος: *pro* ποταμὸς, *fluuius.*

Addit quoque ι *accusatiuis quorundam nominum femininorum, ut* καλαὶς, *pro* καλὰς, *pulchras.*

Praeterea β ante ρ ponit, βρόδον, pro ῥόδον, rosa.
Vtitur etiam praepositione κατὰ, pro μετὰ, cum.
Denique dictiones, a quacumque uocali inchoatas, tenui spiritu afficit, ut ἥλιος, pro ἥλιος, sol.

Atque haec de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne uero credas, ea, quae hic diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent, nisi in certis quibusdam uocibus, & certis casibus partium orationis, quae per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis, & temporibus uerborum: ueluti planum unicuiq. esse potest & ex ijs, quae iam hoc loco attigimus, & ex ijs, quae a nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. usum enim eorum, quae hic cum unico dutaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis colligi non possit. Adijciemus quoque nonnullas alias regulas, minus generales, iuxta locorum opportunitatem. Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto singulari, & datiuo plurali primae, & secundae declinationis mutare α longum ultimae syllabae in η, (exceptis quibusdam primae, quorū Dorica declinatio est in usu, quae in Annotationum tractatu in declinationes simplices a nobis enumerabuntur) & contra Dores mutare η in α. Atque ita fit, ut Αἰνείας declinetur Ionice, ut Χρύσης, communiter: & rursus Χρύσης Dorice, ut Αἰνείας communiter. Porro in datiuo plurali cum α Ionice migrat in η, iota sequens subscribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: sic μούσῃς, pro μούσαις, Musis.

Nullum aliud nomen primae declinationis est com-

munis generis, praeterquam λῃστής: atque istud dicitur commune, eadem ratione, qua latro, & homo, a Latinis: cum tamen uix umquam, ac ne uix quidem, illa epitheto feminino iuncta inueniatur, aut Graece, aut Latine. Itaq. dicito, omnia primae esse masculina. (2) Dorice, α: Aeolice, & Boeotice, αο: Ionice, εω, accentu in antepaenultima: Poetice uero, ω, ex Ionico per crasim. (3) Ionice interdum εα. (4) Si plura de uocatiuo desideras, uide Annotationes in declinationes simplices, circa principium. (5) Id est, si ex articulo feminino dualis, ac pluralis numeri auferas τ, habebis terminationes primae declinationis in iisdem casibus, & numeris: sed cum articulus careat uocatiuo, sumenda erit nominatiui eiusdem numeri terminatio. eandem enim habent terminationem, ut iam ab auctore dictum est. (6) Dorice, ᾶν: Aeolice, et Boeotice, άων: Ionice, έων. (7) Datiuis pluralibus cuiuscumque declinationis, in ς desinentibus, additur ι, Attice, Ionice, & Aeolice. (8) Ionice interdum εας.

Secunda declinatio tantum est femininorum, quae desinunt uel in α, ἡ μοῦσα, *musa*: uel in η, ut τιμή, *honor*: genitiuus in ης, datiuus in ῃ diphthongum, accusatiuus in αν, uel ην, uocatiuus in α uel η, iuxta terminationem nominatiui. Dualia, & pluralia, perinde se habent, atque in prima declinatione.

S. { α, ης, ῃ, αν, α. / η, ην, η. } D. α, αιν. P. αι, ων, αις, ας.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum, (hoc eſt, quod nō ſubſequitur conſonantem) faciunt genitiuum in ας, datiuum in ᾳ diphthongum. Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Laeda*. Μάρθα Μάρθας Μάρθᾳ *Martha*: ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies*: φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia*.

Varietatem dialectorum recipit omnino, ut genitiuus pluralis primae. In aliis caſibus nulla eſt uarietas, quam ex his, quae iam dicta ſunt, non poſſis colligere. Hoc tamē ſciendum, multa huius declinationis nomina ſyllabae φι, *uel* φιν *adiectionem apud poetas recipere: quod dum fit, quae deſinunt in* α, *modo illud retinent, modo Ionico more in* η *mutant, ut* Οὐρανία, Οὐρανίαφι, *Urania*: βία βίηφι, *uiolentia. quae uero in* η *deſinunt, nihil mutant. ut* εὐνὴ, εὐνῆφι, *cubile. Idem accidit quibuſdam nominibus tertiae: ſed ex* ος, *&* ον, ς, *&* ν, *prius abiiciuntur, ut* στρατός, στρατόφι, *exercitus*: ὀστέον, ὀστέοφι, *os, oſſis: ſic in pronomine* αὐτὸς, αὐτόφι, *ipſe. In quincta quoque declinatione neutra quaedam in* ος, *& feminina in* ὼν, *idem patiuntur, ſed in* ος, ο *prius uertitur in* ε, *ut* στῆθος στήθεσφι, *pectus. In femininis uero in* ὼν, *prius facimus genitiuum in* όνος; *ac deinde migrante* ς *in* φι *fit nomen poeticum, ut* ἡ κοτυληδὼν, *genit.* τῆς κοτυληδόνος, *unde* κοτυληδόνοφι, *coxa. Porro huiuſmodi nomina poetica, ſunt indeclinabilia. Patiuntur praeterea hae tres declinationes apocopen, ut in ſecunda* γλὴν, *pro* γλήνη, *pupilla: in tertia* γλάφυ, *pro* γλάφυρον, *antrum: ex* κάρηνον *uero Attice fit* κάρα, *& Ionice* κάρη, *caput, non* κάρι: *in quincta* τὸ δῶ, *pro* δῶμα, *domus: quod non ſolum in nominatiuo, ſed per omnes caſus ſingulares huius declinationis fieri ſolet, ut* τοῦ Αἴαν, τῷ ἱδρῷ,

τὸν

τὸν ἀπόλλω, *pro* Αἴαντος, ἱδρῶτι, Ἀπόλλωνα, *id est, Aiacis, sudori, Apollinem. Huiusmodi apocope fit potius syllabae, quam unius tantum litterae. in paucis enim perditur sola littera, ut* γάλα. *pro* γάλαξ, *lac:* ἄλειφα, *pro* ἄλειφαρ, *pinguedo: sic* γλὴν, *de quo supra.*

Tertia declinatio complectitur masculina, feminina, & communia in ος, ὁ λόγος, *sermo:* ἡ ὁδὸς, *uia,* ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo*: & neutra in ον, τὸ ξύλον, *lignum.* Vocatiuus in ε. genitiuus, datiuus, & accusatiuus, itẽ dualia, & pluralia, sequuntur articulum masculinum, & neutrum.

S. { ος, ου ῳ. ον, ε. D. ω, οιν. P. οι, ων, οις, ους, οι.
  { ον, ον, ον, α, α, α.

ὁ λόγος τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.
ἡ ὁδὸς τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorum tres casus similes, nominatiuus, accusatiuus & uocatiuus: qui, in singulari numero, uarias habent terminationes in quincta declinatione: pluraliter autem semper exeunt in α.

Locus hic exigit, ut de nominum genere aliquid dicamus, quo possis discernere feminina, aut communia in ος, *a masculinis. Ac primum generales quasdam regulas subiciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci,*

tam in quincta, quam in tertia declinatione. in aliis enim haec generum diuersitas non habet locum, nisi paullulum in quarta, ut suo loco dicemus. Ceterum de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus a nobis exspectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hic itaque tantum de substantiuis agemus: quae aut propria sunt, aut appellatiua. & propria quidem, uirorum, siue deorũ, mensium, & fluuiorum, sunt masculina: propria uero, mulierum, siue dearum, urbium, insularum, nauium, & fontium, feminina. Appellatiua uero, quae ad solos mares pertinent, masculina sunt, & cognitu facilia, ut ὁ πατὴρ, pater, quae scilicet munus, uel officium marium significant: sic, quae ad solas feminas pertinent, feminina sunt, ut, ἡ μήτηρ, mater. quae uero ad utrumque sexum referuntur, sunt cõmunia, ut ὁ, καὶ ἡ παρθένος, uirgo, mas, uel femina. ὁ, καὶ ἡ θεός, deus, uel dea: ὁ, καὶ ἡ νεβρὸς, hinnulus, mas, uel femina. & sic de aliis, quoties unica uoce utimur ad significandum utrumque sexũ: quamuis in quibusdam alia etiam sit uox ad significandam feminam, ut θεὸς, & θεά. per feminam hic intelligo non solum mulierem, sed omnium animalium femininum sexum. Praeterea feminina sunt arborum nomina: fructuum uero neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in ον. haec enim, spreta significatione, sẽper terminationis genus recipiunt: ut τὸ τέκνον, filius, uel filia: τὸ θυγάτριον, filiola. Inueniuntur & alia, praecipue arborum, & fructuum, nomina, quae has regulas non exacte seruant: sed ea magis notanda, quam imitanda: id uero accidit aut licentia poetica, aut propter quandam dialecti proprietatem.

tem. Restat nunc, ut dicamus de genere substantiuorum in ος huius declinationis tertiae, cum significatione illud dignosci non potest. Subijciemus itaque ordine alphabetico primum feminina, deinde communia, quae passim legendis auctoribus occurrunt. quae uero hic non enumerabuntur, masculina censeantur.

FEMININA.

Αἴγυλος, abscessus inter nares, & maiorem angulum oculorum.
ἄκατος, nauis genus.
ἄματος, arena, puluis.
ἄμμος, arena, sabulum.
ἄμφοδος, biuium.
ἄνοδος, adscensus, locus inuius, & difficilis accessu.
ἄσφαλθος, bitumen.
αὔλειος, uestibulum.
Βάτος, rubus.
βένθος, toga,
Βίβλος, papyrus, iuncus, charta.
Γέραμος, grus.
Δοκὸς, trabs, tignum.
δόκος, consideratio.
Εἰκὸς, imago.
εἴρεος, remigatio, remigium.
εἴσοδος, introitus, ingressus.
ἐπάνοδος, reditus.
ἔρημος, eremus, solitudo.
Ζυγὸς, iugum librae.
Ἤπειρος, & Dorice ἄπειρος, continens, id est, terra firma. item, anulus.
Ἵππος, equitatus. pro equo uero est masculinum.
Κάρδοπος, arca panaria.
κιβωτὸς, arca.
κύφος, uas concauum, & exculptum, quod dicitur nauicula.
Λαοφόρος, uia publica.
λεωφόρος, idem, uia regia.
Μέθοδος, breuis uia.

μίνθος, stercus humanum.
Νειὸς, nouale.
νεὸς, idem.
νῆσος, insula.
νόσος, & Ionice νοῦσος, morbus.
Οαρος, sermo, femina.
ὁδὸς, uia.
Περίοδος, circuitio.
πρόοδος, progressus.
Ραβδος, uirga, ramus.
Σήσαμος. sesamum, frumenti species.
σποδὸς, cinis sordidus.
στρόφος, καὶ στροφὸς, tormen, dolor intestinorum.
σωρὸς, aceruus.
Τρίβος, semita.
τρίοδος, triuium.
τροχηλάτος, locus, ubi agitatur rota.
Ψάμμος, arena.
ψῆφος, calculus.
ψίαθος, storea, teges, scirpus, e quo contexitur matta.

COMMVNIA SIVE INCERTI, aut dubij generis.

Αβυσσος, abyssus.
Βάδος, iter.
βρένθος, anas auis.
Κάμινος, fornax.
κάπετος, fossa.
κλῆρος, sors.
κόπρος, fimus.
Λιμὸς, fames. Attice ὁ, Dorice ἡ.
Μήρινθος, funis.
Ράμνος, rhamnus, uirgultum spinosum.
ῥάφανος, raphanus.
ῥινὸς, pellis, scutum.
Σορὸς, urna.
σάμνος. urna, calathus.
στρατὸς, exercitus.
σύνοδος, concilium.
Υαλος, & Attice ὕελος, uitrum.
Χηλὸς, arca, loculus.
χιλὸς, pabulum.
Ψάμαθος, arena.

Inue-

Inuenientur forte quaedam alia feminina, communia ue, quam quae hic enumerantur, sed certe paucissima, eaq. praecipue aut nomina herbarum, aut animalium: ut ἡ φλόμος, siue ἡ φλόνος, uerbascum herba: ἡ φόνος, atractylis, fusus agrestis: sic ἡ ἄμπελος, uitis, cum suis compositis: ut ἡ ἀγριάμπελος, siue, per syncopen, ἀγριάμπλος, labrusca, uitis agrestis: sic ὁ, uel ἡ γλάνος, glanus fera, quae & hiaena. Quae omnia recensere noluimus, quod maxima ex parte nimis essent incerta, neque illa femininis epithetis iuncta legissemus. sunt enim parum usitata. Inuenientur rursus quaedam huc congesta, quae in Lexicis alterius generis esse deprehendentur. Verum illis hac in re non est omnino fides adhibenda. nam sunt plerūque deprauata. Idem iudicato in nominibus quinctae, quae, suo loco, eodem modo enumerabimus. Porro genere uariantia quaere inter Heteroclita. (2) Attice, Ionice, et Thesslice, οιο. Dori. ω. (3) Ion. οιϋ. (4) Dorice ως & ος.

Quarta declinatio, (1) Atticorum est propria, uertentium uocales praecedentis declinationis in ω: alioqui genere consentit. nam continet masculina, feminina, & communia in ως, ὁ Μενέλεως, *Menelaus*: ἡ ἄλως, *area*: ὁ, καὶ ὁ εὔγεως, *fertilis*: & neutra in ων, τὸ ἄγεων. Omnes casus (2) desinunt in ω: uertitur enim ο in ω, οι in ῳ, subscribendo iota, ου in ω, abiecto υ. Neutrorum quoq. α migrat in ω: hoc modo.

S. { ως, (3) ω, ῳ, ων, (4) ως. D. ω ῳν. P. ῳ, ων, ῳς, ως, ω.
ων, ων, ων, ω, ω, ω.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεω.

ἡ ἅλος, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.

ὁ, καὶ ἡ εὔγεως, τοῦ, καὶ τῆς εὔγεω, τῷ, καὶ τῇ εὔγεῳ.

τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, τὸ εὔγεων.

Quattuor praedictae declinationes appellantur Parisyllabicae, quod obliqui sint nominatiuo pares syllabis.

(1) *Haec Atticorum declinatio a communibus in quibusdam tantum nominibus est recepta: nempe in ijs, quae hic, & in Annotationibus in declinationes simplices a Clenardo recensentur, atque in his, quae sequuntur.*

γάλοως, καὶ γάλως, ἡ, *glos, soror, uiri.*

ἐννέως, ὁ, *mutus.*

ἵλεως, ὁ ἡ, *propitius: unde* ἀνίλεως, ὁ, ἡ, *immisericors.*

κάλως, ὁ, *uel (ut alij uolunt)* τὸ, *finis, rudens.*

ὀρφὼς, ὁ, *orphus, genus piscis.*

πλέως, ὁ, ἡ, *plenus: unde* ὁ, καὶ ἡ ἀνάπλεως, ἔκπλεως, ὑπόπλεως, *idem, quod* πλέως.

σῶς, ὁ, ἡ, *saluus, integer.*

χρεὼν, τὸ *siue* τὸ χρεῶς, *debitum: unde* ὁ ὑπόχρεως, *debitor, &* ὁ, καὶ ἡ ἀξιόχρεως, *fide dignus.*

His adde quaedam composita a γῆ, *siue* γαῖα, *terra: quae paenultimam corripiunt, ut alia huius declinationis omnia, ueluti*

ἀνώγεων, τὸ, *cenaculum, quasi* ἄνω τῆς γῆς ὄν, *supra terram exsistens, siue a solo subductum. erant enim cena-*

cula

cula in ſuperiori aedium parte. in tertia dicemus ἀνώγαιον per diphthongum αι: ſed quarta in his magis recepta eſt.

βαθύγεων, τὸ, *profundam terram habens, terra profunda.*

λυπρόγεως, ὁ, *terra ſterilis.*

Sic quaedam compoſita a κρέας, *caro, &* κέρας, *cornu, ut*

ἀπόκρεως, ὁ, *carniſpriuium.*

δίκερως, ὁ, ἡ, *bicornis.*

εὔκερως, ὁ, ἡ, *pulchra habens cornua.*

πολύκερως, ὁ, ἡ, *cornutus.*

Sunt, & alia in ως, *quae per quartam, uel quinctam declinationem flectuntur: de quibus uide tractatum Heteroclitorum. Sunt praeterea multa propria, quorũ Attica declinatio eſt in uſu: praecipue uero quae communiter deſinerent in* αος, *uel* εος, *ut* Μενέλεως Ανδρόγεως, *pro* Μενέλαος, Ἀνδρόγεος: *& monoſyllaba circumflexa, ut* Κῶς, *Cos inſula. (2) Id eſt, habens in ultima ſyllaba* ω. *(3) Poetice* ῶο, *uel* ῷο, *puncto ſubſcripto, ab Ionico tertiae* οιο. *(4) Vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo, more Attico, ut dictum eſt in prima declinatione.*

Quincta declinatio impariſyllabica, cõplectitur (1) omnia genera, & terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuũ ſuperat, exiens in ος, datiuus in ι, accuſatiuus in α, uocatiuus (2) ſaepe idem cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, genitiuus οιν. Pluralis nominatiuus ες, genitiuus ων, datiuus σι, accuſatiuus ας. At neutrorum plurale in α.

S. { N. uarius, ος, ι, α. Voc. uar. Dual, ε, οιν.
P. ες, ων, σι, ας, ες.
α, α, α.

S. ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν. D. τὼ Τιτᾶνε, τὸν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε, P. οἱ Τιτάνες, τῶν Τιτᾶνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες, *Titan.*

Quo (1) modo haec genera ſignificatione dignoſcantur, ſatis abunde diximus, cum de tertia declinatione ageremus. ea uero, quae auctoritate ſolum, uel terminatione, percipi poſſunt, in ſequentibus indicabimus, ſingulas terminationes eo ordine, quo ab Auctore diſpoſitae ſunt, diſcutientes, ac unicuique illarum ſuum genus aſſignantes. Quamuis autem hae terminationes uariae ſint, ac multiplices, poſſunt tamen ad nouem reduci, quattuor ſcilicet uocales, α, ι, υ, ω, *& quinque conſonantes,* ν, ξ, ρ, ς, ψ. *nam nullum nomen Graecum deſinit in* ε, ο, ζ, λ, μ, *aut in aliquam mutam, exceptis Barbaris, aut Hebraeis, ut* Ἀσρούβαλ, *Aſtrubal:* Ἀδάμ, *Adam, &c. quae tamen reduci poſſent ad declinationem Graecam, nempe ad tertiam, & finirentur in* ος, ἀσρούβαλος, ἄδαμος, *&c. Porro finita in* η *non reperiuntur in quincta declinatione: ſed omnia ſunt ſecundae. (2) Circa finem huius declinationis indicabuntur ea nomina, quae uocatiuum nominatiuo ſimilem non habent. ibi etiam agetur pluribus de accuſatiuo ſingulari, & datiuo plurali.*

TER-

TERMINATIONES quinctae declinationis.

(1) Finita in α formant genitiuum in ατος: τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, *altare, tribunal, suggestum.*

(2) Nomina litterarum sunt indeclinabilia, τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι, ιτος, (3) unum substantiuum, τὸ μέλι μέλιτος, *mel.* Adiectiua neutra communium legem sequant: ὁ, καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratiosus, a, um:* ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriae studiosus, a, um.* sic etiam τὸ τὶ, τινὸς, ut commune ὁ, καὶ ἡ τὶς, τινὸς, *aliquis, aliqua, aliquod.*

ι, (3) ιος: τὸ σίνηπι σινήπιος, *sinapi:* de quo (4) alias.

υ, (5) υος: τὸ γόνυ, γόνυος, *genu geniculum.*

υ, (5) εος τὸ ἄστυ, ἄστεος, *urbs:* τὸ πῶυ πώεος, *grex ouium, ouile.* Sic neutra masculinorum in υς, ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέος, *iucundus, um, suauis, & suaue.*

ω, όος: ἡ Λητώ, Λητόος, *Latona,* (6) est declinationis contractorum.

(1) *Finita in α ι, uel υ, omnia sunt neutra, absque ulla exceptione. Sic finita in ω, omnia sunt feminina.* (2) *De finitis in α uidetur Auctor tantum intellexisse, non autem in genere de omnibus litterarum nominibus: quamuis locum quoque habeat in reliquis, exceptis quattuor, quarum nomen adiectiuo indicatur, nempe ε, ψιλὸν υ ψιλὸν, ο μικρὸν, ω μέγα, quae declinãtur more adiectiuorum, ψιλὸν, μικρὸν, & μέγα, quod facit in genitiuo μεγάλου, ut habes in tractatu Heteroclitorum circa finem. Olim tamen*

men harum uocalium nomina erāt, ε, υ, ο, ω, ut Latinarum, e, i, o: uerum postea his addita sunt epitheta ad indicandum aliquod discrimen, ut ε uocatum sit ψιλὸν, id est, paruum, uel tenue, ad differentiam η uocalis longae, quae, ut e, ferme proferebatur: ueluti diximus pag. 2. uersu 9. sic υ, dictum fuit ψιλὸν, ad differentiam diphthongi ου: olim enim (ut loco citato attigimus) υ & ου proferebantur, ut u Latinum, υ quidem, ut u hodie pronunciatur a Gallis: ου uero, ut u sonat hodie Italis. Ceterum, ο, & ω. quae eodem ferme modo proferebātur, uaria epitheta sortita sunt, iuxta quātitatis differentiam: ο quidem μικρὸν, id est, paruum, dictum est, quia breuem facit syllabam: ω uero μέγα, id est, magnum, quod sua natura syllabam producat. (3) Recte dicit unum. nam ea, quae faciunt ιος, ut σίνηπι, barbara sunt, & non proprie Graeca. Inueniuntur tamen composita a μελι, quae etiam faciunt ιτος, ut οἰνόμελι, mulsum: ὀξύμελι, acetosum mulsum: ὑδρόμελι, aqua mulsa. (4) In secunda declinatione contractorum. (5) Proponuntur ab Auctore in hac declinatione multae nominatiui terminationes, quarum singulae uarias genitiui formas recipiunt, ut ut υ, υος, uel εος: de quibus quidam Grammatici prolixe tractarunt: nos tamen haec curiose persequi noluimus, quod & nimis longum esset, & quia in multis id fieri non possit, nisi adducatur syllabaria uocalium ancipitum quantitas, aut accentuum ratio, aut generum notio: quae multo minus nota sunt, quam ea, propter quae declaranda adducuntur. Quod quamuis Grāmatici uulgo factitare soleant, ego semper ridiculum existimaui: cum omnis disciplina a fecilioribus, & magis notis, ad

tis, ad obſcuriora, & minus nota, progredi debeat. Quare nominum quorundam genus, & accentum, uocaliumq. ancipitum quantitatem, potius per genitiui terminationes, (quae per ſe ſatis notae ſunt, ſi quis nonnullum huius linguae uſum, auctorum lectione, ſibi compararit) quam contra genitiui terminationes per illa, quae multo ſunt difficiliora, cenſeo eſſe explicanda. uelim tamen interdum, ſi cōmode id fieri poſſit, & cum aliquo lectorum emolumento, adduci dictionum genus, accentum, & quantitatem ad deſignandam quandam terminationum notitiam: ut, ſi hoc loco dicam, Subſtantiua in υ, paenultimam corripientia, faciunt υος: quae uero paenultimam producunt, faciunt εος, cum omnibus adiectiuis. hac quidem regula non poteris facile cognoſcere, quare τὸ δάκρυ, id eſt, lacryma, potius faciat δάκρυος, quam δάκρεος: cum paenultimae quantitas non ſit cuiuis cognitu facilis: in δόρυ uero, id eſt, haſta, quiuis cognoſcet paenultimam eſſe breuem, cum ſit ο μικρὸν: quare ſtatim dicet τοῦ δόρυος. Itaque haec regula nō fuerit omnino inutilis, ſed non ſatis certa. Hãc uero inutilem prorſus iudicauerim: Finita in ας acutitona, άδος, in genitiuo, faciunt: quia nullo modo potes ſcire, quae finita in ας ultimam acuant, niſi ex genitiui terminatione. cogeris enim in Accentuum tractatu conuerſam hanc regulam audire, hoc modo: Finita in ας, facientia in genitiuo άδος, ultimã acuunt. Ex quibus regulis nihil certi potes colligere. Itaque, uelis, nolis, ad uſum alterutrius recurras neceſſe fuerit. Facilius uero uſus te docebit, quae nomina in ας, άδος faciãt (unde acutitona eſſe cõcludes) quam noſſe quae in ας acutitona ſint, ut inde inferas declinari per

άδος. *Vides igitur, eſſe multa uſu percipienda, nec poſſe omnia (niſi ridiculi ſaepenumero uelimus eſſe) regulis comprehendi. Quare, ne mireris, ſi interdum, ad huiuſmodi uarium eiuſdem terminationis genitiuum indicandum, regulis certis utamur, interdum uero nihil certi praecipiamus: ne ſcilicet facilia per difficilia, & per tenebras lucem uideamur indicare.* (6) *Vide quartam declinationem nominum contractorum.*

αν, ανος: ὁ παιάν, παιᾶνος, *paean, genus cantilenae, in laudem alicuius:* ὁ Πάν. Πανός, *Pan, deus paſtorum:* τὸ μέλαν, μέλανος, *nigrum, atramentum.*

αν, αντος, participia ſunt: τὸ τύψαν, τύψαντος, *uerberans, uel quod uerberauit.* Sic adiectiuum τὸ πᾶν, παντός, *omne,* more maſculini πᾶς, παντός, *omnis.*

Duo hic notanda: primum, Omnia ſubſtantiua in αν, *eſſe maſculina: adiectiua uero, ſiue participia (ut ſuo quoque dicetur loco) eſſe neutra: deinde, Participia in* αν *& adiectiuum* πᾶν, *facere in genitiuo* αντος *: reliqua uero omnia* ανος *. Porro huiuſmodi participia ſunt aut aoriſti primi uocis actiuae quorumcumque uerborum, aut praeſentis, uel aoriſti ſecundi eiuſdem uocis, ſecundae coniugationis uerborum in* μι.

εν ενος: τὸ τέρεν, τέρενος, *tenerum.*

εν, εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, *gratum, urbanum,* ut maſculinum χαρίεις, *gratus.* ſic participia, ὁ τυφθείς, τὸ τυφθέν, *uerberatus, uerberatum.*

Ob-

Obseruabis hic, omnia in εν *esse neutra, atque adiectiua, uel participia: &, quae a communi* ην, *facere* ενος, *reliqua* εντος. *Ceterum haec participia sunt, uel alterius aoristi passiui, uel praesentis, siue aoristi secundi uocis actiuae uerborum primae coniugationis in* μι.

ην, ηνος: ὁ Ἕλλην, Ἕλληνος, *Graecus*: ἡ σειρὴν, σειρῆνος, *siren, apis genus, aut certe domuncula, & Siren fabulosarum mulierum una.*

ην, ενος: ὁ ποιμὴν, ποιμένος, *pastor*: ἡ φρὴν, φρενὸς, *mens*: ὁ, καὶ ἡ τέρην, τέρενος, *tener, tenera*: cuius neutrum τὸ τέρεν, τέρενος, *terum.*

Disyllaba in μην, & *adiectiua quaecumque in* ην, *cum his substantiui* ὁ ἀδὴν, *tumor in gutture glandium instar*: ὁ ἀζὴν, *barba*: ὁ αὐχὴν, *ceruix*: ὁ εἵριν, *puer*: & ἡ φρὴν, *faciunt* ενος: *reliqua* ηνος: *atque haec, quae* ηνος *faciunt, feminina sunt, praeter* ὁ κυφὴν, *fucus, uespa sterilis*: ὁ σφὴν, *cuneus* ὁ σωλὴν, *canalis, fistula: atque* ὁ, καὶ ἡ χὴν, *anser. nam alia masculina significatione dignoscuntur. ut* ὁ Ἕλλην, *cum compositis. Quae autem per* ενος *flectuntur, masculina sunt, praeter* ἡ φρὴν, & *adiectiua, de quibus suo loco.*

ιν, ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος, *delphin, piscis*: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, *radius*: cuiusmodi nominatiuus etiam per ις, δέλφις, ἀκτίς.

Composita masculina sunt: atque haec tria, ὁ θὶν, *litus*: ὁ ἰκτὶν, *miluus*: ἶν, *genus mensurae: cum uero significat*

uenam,

uenam, aut uim, est feminini. reliqua simplicia feminina. δελφὶν *uero, quamuis ab Auctore uelutimasculinum ponatur, ab alijs tamẽ commune dicitur,* ὁ, καὶ ἡ δελφίν.

ον, ονος: τὸ μεῖζον, μείζονος, *maius*, a cõmunibus in ων.

ον, οντος, participia sunt: τό τύπτον, τύπτοντος, *uerberans.*

ουν, οδος: τὸ δίπουν, δίποδος, ut commune δίπους, *bipes.*

ουν, οῦντος, participia sunt: τὸ τυποῦν, τυποῦντος, *uerberaturum.*

Omnia in ον *&* ουν *neutra sunt, atque uel adiectiua a communibus in* ον*, &* ους*, uel participia. & in adiectiuis quidẽ* ον *facit* ονος, *&* ουν, οδος: *in participijs uero* ον, οντος, *&* ουν, ουντος. *Ceterum participia in* ον, *sunt uel praesentis, uel aoristi secundi, uel futuri primi barytonorum uocis actiuae: aut praesentis, secundi ue aoristi eiusdem uocis uerborum tertiae coniugationis in* μι*, finita uero in* οῦν *sunt quoque omnia uocis actiuae, uel futuri secundi in qualibet coniugatione, uel primi in quincta, uel praesentis in prima, & tertia uerborum circumflexorum.*

υν, υνος: ὁ μόσυν, μόσυνος, *turris, domus lignea:* ἡ Γόρτυν, *Gortyn, ciuitas Cretae:* quorum nominatiuus etiam in υς desinit, ὁ φόρκυν, *uel* (1) Φόρκυς, *Phorcys, Neptuni filius, & Medusae pater.*

υν, ῦντος participia sunt: τὸ ζευγνῦν, ζευγνῦντος, *iungens.*

Finita

Finita in ων, omnia faciunt ωος, nisi sint participia: sunt quoque omnia masculina, nisi significatio impediat, (ut in Γόρτων, quia est proprium urbis) aut participia fuerint: quae neutra sunt, atque praesentis temporis uocis actiuae, quartae coniugationis uerborum in μι.. (1) *Hoc etiam declinatur per υος, τοῦ Φόρκυος. Vel dorice, ὁ Φόρκυς, τοῦ Φόρκυ, τῷ Φόρκυ ablato ς, ut multa alia, de quibus in Annotationibus in declinationes simplices.*

ων, ωνος: ὁ κλὼν, κλωνὸς, *ramus*: ὁ αἰὼν αἰῶνος, *aeuum*: ἡ Σιδὼν, *Sidō, urbs Phoeniciae*: ὁ Πλάτον, Πλάτωνος, *Plato*: ἡ μήκων, *papauer*.

ων, ονος: ὁ πρίων, πρίονος, *serra*: ἡ χελιδὼν, χελιδόνος, *hirundo*. & communia, ὁ, καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, *felix*: & ita comparatiua. ὁ, καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior*: quorum neutra in ον, τὸ εὔδαιμον, εὐδαίμονος, *felix, beatum*: τὸ κρεῖσσον. κρείσσονος, *melius*.

ων, ωντος: ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, *Xenophon*.

ων, οντος: δράκων, δράκωντος, *draco*. & participia, ὁ τύπτων, τύπτοντος, *uerberans*.

Nomina in ων, quorum genus significatione dignosci non potest, masculina sunt, praeter sequentia feminina.

Ακροχορδὼν, *uerruca*.
ἁλὼν, *area*.
ἀμπελὼν, *uinea, uitis*.
ἀνθερεὼν, *mentum*.
ἀῤῥαβὼν, *pignus*.
Βοὼν, *custodia apud Alexandreos*.
Εἰκὼν, *imago*.

Ηϊὼν, *litus.*
Ληθεδὼν, *obliuio.*
Σηαγὼν, *maxilla.*
σηπεδὼν, *marcedo.*
σινδὼν, *linteum.*
Τηκεδὼν, *tabes.*
τρήρων, *columba.*
τριβὼν, *palliolum.*
τρυγὼν, *turtur.*
Χελιδὼν, *hirundo.*
χθὼν, *terra, ſolum.*
χλιδών, όνος, *deliciae, ornatus muliebris.*
χλιδὼν, ῶνος, *armilla.*

His adde omnia finita in ηδον.

Haec praeterea ſunt modo maſculina, modo feminina, μελεδὼν, *cura:* μήκων, *papauer:* χιών, *nix:* χιτὼν, *ueſtis. Nunc de genitiui uarietate, ſi non omnia, tamen aliquid, dicamus: quamuis & hoc uſu potius, quam praeceptis, diſcere praeſtabat. nihil enim certi de his poteſt praecipi, niſi (ut antea dixi) per ſe ſatis nota per difficillima uelimus explicare. Faciunt igitur in* ωνος *per* ω μέγα *omnia fere ſubſtantiua maſculina, et feminina urbium, quae non deſinunt in* ηδων. *Nam omnia finita in* ηδων, *atque adiectiua, & ſubſtantiua feminina, faciunt* ονος *per* ο μικρόν. *Ex adiectiuis excipe* αἴθων, *ardens: &* εἴρων, *cauillator, non uera dicens: ex femininis uero* ἀκροχορδὼν, *uel* ἀκροκορδὼν, ἅλων, ἀμπελὼν, ἀῤῥαβὼν, βοὰν, τριβὼν, χλιδῶνες, *armillae: his adde duo incerti generis,* μελεδὼν, μίκων: *quae omnia faciunt* ωνος *per* ω μέγα. *Porro pauca ſunt, quae faciunt in* ῶντος *per* ω μέγα, *quae omnia ſunt maſculina, & maxima ex parte propria uirorum circumflexa, quae a Latinis per ontis declinantur: ut Xenophon, Xenophontis: ſic Phaethon, Demophoon, &c. In* οντος *uero per* ο μικρὸν *facientia uix alia inuenias, quam haec*

quat-

quattuor, δράκων, λέων, γέρων, θεράπων, draco, leo, senex, famulus: & participia actiuae uocis in ων, non habentia circumflexum: quae sunt uel praesentis temporis, uel aoristi secundi, uel futuri primi. quae uero accentu circumflexo notantur, & habent neutrum in οῦν (quae enumerauimus cum de οων ageremus, 37.) ea οῦντος quoque faciunt. de illis autem nullam mentionem fecit hoc loco Clenardus. Ceterum ea, quorum neutrum similiter in ῶν per ω μέγα circumflexum desinit, per ῶντος flectuntur, & ω μέγα seruant: suntq. praesentis temporis uocis actiuae, secundae coniugationis uerborum circumflexorum. Id autem accidit propter crasim, quae fit ex α & ο in ω, ut suo uidebimus loco.

ξ, in κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, *pectus, thorax:* ἡ κύλιξ, κύλικος, *poculum, calix:* ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax:* ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *uulpes*, mutat η in ε: ἡ θρίξ, τριχὸς, *capillus*, (1) pro adspirata sumit tenuem, τ, pro θ.

ὁ ἄναξ, ανάκτος, *rex:* ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox*, interiecto τ.

Finita in ξ, masculina sunt, aut feminina, aut communia: neutra uero numquam. & feminina quidem pauca sunt, & communia paucissima, si cum infinita masculinorum multitudine conferantur. Itaque feminina, & communia, siue incerta, quorum genus significatione cognosci non potest, hic enumerabimus: reliqua uero intelligentur masculina. Haec igitur sunt feminina.

Ἀλώπηξ, *uulpes.*	αὖλαξ, *sulcus.*
ἄντηξ, *ambitus, orbis.*	Θρῖδαξ, *lactuca.*

Κλῖ-

Κλῖμαξ, *ſcala. ſeu ſcalae.*
κύλιξ, *poculum.*
κλώμαξ, *aſperitas.*
κρὲξ, *capillus, & crex, auis.*
Λάρναξ, *urna, arca.*
Μάσαξ, *eſca, bruchus.*
μάστιξ, *flagellum.*
μύρμηξ, *formica.*
μύσαξ, *labrum, barbamenti.*
Ὄμφαξ, *uua acerba, & immatura.*
οὖραξ, *urax, auis.*
Πήληξ, *galea, caſſis.*
πῖδαξ, *fons.*
πτέρυξ, γος, *ala.*
Ῥῶνιξ, *fluuialis ſcaphae genus.*
Σμῶδιξ, *uibex, liuor ex percuſſione.*
σπάδιξ, *genus muſici inſtrumenti.*
στύραξ, *odoris genus.*
Τέτριξ, *tetrix auis.*
Ὕστριξ, *hyſtrix, herinacij ſpecies.*
Φάλαγξ, *internodium in digitis, & phalanx, ordo militaris.*
φάραγξ, *uallis.*
φοῖξ, *phoix, auis.*
Χάραξ, *uallus, id eſt, palus, cui uitis alligatur.*
χοῖνιξ, *choenix, ſemodius.*

His adde finita in ιγξ, *& monoſyllaba non deſinentia in* ωξ.

Excipiuntur tamen ſequentia maſculina.

Βλὰξ, *ſtolidus.*
Δὴξ, *uermis lignum corrodens.*
Ἶξ, *uermis uitium.*
Πνὺξ, *conſilij locus, apud Athenienſes.*
Πρὸξ, *hinnulus, dama.*
πτὺξ, πτυχὸς, *flexus,*
Σφὴξ, *ueſpa, fucus.*
Τρὺξ, γὸς, *faex.*

Et ſequentia communia.

Αἴξ, αἰγὸς, *capra.*
Βὴξ, βηχὸς, *tuſſis.*
Ῥάξ, γὸς, *acinus uuae.*

Prae-

Praeter haec communia sunt.

Αμπυξ, *reticulum muliebre.*
Ελιξ, *uitium capreolus.*
Πέρδιξ, *perdix, auis.*
Σκύλαξ, *catulus.*
Φάρυγξ, γὸς, *guttur, faux.*

Usus te docebit, quae declinentur per κος, *& quae per* γος *aut* χος: *scito tamen, multo maiorem esse numerum eorum, quae* κος *faciunt, quam quae* γος, *aut* χος. *Rursus plura per* γος, *quam per* χος, *declinari. nam paucissima sunt, quae habeant* χ *in obliquis: nempe finita in* ονυξ, ωνυξ, *&* ωρυξ, *cum quibusdam alijs. In* γος *uero faciunt finita in* πλιξ, *& quae ante* ξ *habent* γ, *& superbisyllaba in* υξ, *modo habeant* α *in paenultima, & quae habent in paenultima* ο μικρὸν, *modo non desinant in* ονυξ, *& quae fiunt a uerbis in* γω, *&* ξω, *& feminina in* υξ, *cum compositis: composita enim simplicium formam sequuntur. Reliqua uero, praesertim feminina, & disyllaba communia, quae superius enumerauimus, habent* κ *in obliquis, praeter* μάσιξ, τέττιξ, *& finita in* γξ, *quae habent* γ. *Horum omnium exempla tibi passim legendis auctoribus occurrent. (1) Hoc fit propter aliam adspiratam* χ *aduenientem: in datiuo uero plurali rursus assumit* θ, ταῖς θριξί. *nõ enim sequitur adspirata* χ, *sed* ξ, *ut in nominatiuo.*

αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, *beatus:* ἡ δάμαρ, *uxor:* τὸ νέκταρ, *nectar, cibus, uel, ut alij uolunt, potus deorum.*

αρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *iecur, hepar:* τὸ δέλεαρ, δελέατος, *esca, ad capiendum illecebra.*

Superbiſyllaba in αρ faciunt ατος. idẽ accidit diſyllabis, quorum paenultima eſt η, aut diphthongus, quibus adde, ϛέαρ, adeps: φρέαρ, puteus, ab antiquis, ϛεῖαρ, φρεῖαρ. quorum autem paenultima eſt ω, indeclinabilia ſunt, ut ὁ μῶμαρ, ſtultus. ſic τὸ ὄναρ, ſomnium, quamuis paenultima ſit ο μικρόν. Reliqua, quae hac regula non comprehenduntur, faciunt αρος. Porro declinata per ατος, neutra ſunt omnia: ſic flexa per αρος, paucis exceptis, quorum genus ſola ſignificatione cognoſcitur.

ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, *pedunculus:* ἡ χεὶρ, *manus:* ὁ, καὶ ἡ ἀντίχειρ, *pollex.*

Multa componuntur ex χεὶρ, quae omnia ſunt communia: χεὶρ uero uariat & genere, & genitiui terminatione: ut uidebis in Heteroclitorum tractatu. Reliqua in ειρ, maſculina ſunt: ſed pauca inueniuntur.

ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, *Ser, uel Seres populus, & uermis nens ſericum:* λουτὴρ, λουτῆρος, *peluis:* τὸ κῆρ, κῆρος, *cor.*

ηρ, ερος; ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, *aether, id eſt, ignis elementum:* (1) in multis uero ſyncope, ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, *pater:* ἡ μητυρ, μητέρος, μητρὸς: *mater :* ſic & ἡ θυγάτηρ, γαϛὴρ, Δημήτηρ, *filia, uenter, Ceres,* at ὁ ἀνὴρ, *uir,* ἀνέρος, ἀνδρὸς, (2) aſſumit δ.

Feminina in ηρ nulla ſunt, quae ſignificatione cognoſci non poſſint, praeter γαϛὴρ, κὴρ, *ſors, &* ψυκτὴρ, *uas*

ad refrigerandum uinum. Neutra uero duo tantum, ἦρ, *uer, &* κῆρ, *cor: quae circumflectuntur, quia fiunt ex* ἔαρ, *&* κέαρ, *per crasim. Alia in* ηρ, *masculina sunt. Pauca sunt, quae flectantur per* ερος, *nempe quae a Clenardo recensentur, atque* ἀστὴρ, *astrum:* πίηρ, *Pier populus, &* φράτηρ, *tribulis: pro quo usitatius dicimus* φράτωρ, φράτορος: ὁ ἀὴρ, *aer. Aeolice inuenitur* ὁ ἀήρ. *sic* ὁ αἰθὴρ, έρος. *Cetera in* ηρ *faciunt* ηρος.

(1) Huiusmodi syncope habet tantum locum in ijs, quae Auctor enumerat. Notandum autem, ab oratoribus concisos tantum casus recipi, praeter θυγατέρα. *nam* θύγατρα *solum usurpatur a poetis, qui metri gratia, indifferenter utuntur concisis, uel integris, duobus exceptis, de quibus fiet mentio in Annotationibus in declinationes simplices. (2) Numquam enim in eadem dictione* υ *ponitur ante* ρ, *ut diximus 9.3. & 13. l. ult.*

ορ, ορος: τὸ ἦτορ, ἦτορος, *cor, animus,* & inde composi tum ὁ μεγαλήτωρ μεγαλήτορος, *magnanimus.*

υρ, υρος: ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, *susurro,* ὁ, καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, *testis:* & neutrum, τὸ πῦρ, πυρὸς, *ignis.*

Finita in ορ, *&* υρ, *paucissima sunt: & illa quidem neutra, haec uero masculina, praeter* μάρτυρ, *&* πῦρ, *quae ponuntur in contextu. atque haec in* υρ, *antiqua sunt, & paene exoleta, praeter* πῦρ: *utimur autem, illorum loco, finitis in* ρος, *tertiae declinationis, ut* ψίθυρος, ου, *&* μάρτυρος, ου, μάρτυς, υος.

ωρ, ωρος: ὁ φὼρ φωρὸς, *fur*: ὁ ἰχῶρ, ἰχῶρος, *sanies*, *cruor*: τὸ ἕλωρ, ἕλωρος, *tractio*, *laceratio*: τὸ τέκμωρ, τέκμωρος, *signum*, *finis*, *mors*.

ωρ ορος: ὁ Νέϛορ, Νέϛορος, *Nestor*: ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος, *Hector*: ὁ, καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, *carens patre*: ὁ, καὶ ἡ ἀμήτωρ, *carens matre*: πανδαμάτωρ, *omnia domans*, *uel omnidomans*: τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, *acqua*, (1) heteroclitum est.

Monosyllaba in ωρ, *&* *polysyllaba in* λωρ, *atque* ἰχὼρ, *&* τέκμωρ, *seruant* ω μέγα *in obliquis*, *alia mutant in* ο μικρὸν. *Ceterum neutra in* ωρ, *pauca sunt*: *nempe quae ab Auctore afferuntur*, *&* τὸ ἕλδωρ, *siue* ἐέλδωρ, *desideriũ*: *&* τὸ ἄωρ, *ensis*: *tamen alij legunt* ἄορ. *sic* τὸ σκῶρ, τοῦ σκατὸς, *stercus*: *heteroclitum*, *ut* τὸ ὕδωρ. *communia uero sunt multa*, *quae significatione facile dignoscuntur*: *quae scilicet utrique sexui cõueniunt*, *quamuis raro femininis adiectiuis*, *aut articulis*, *iuncta inueniantur*. *Reliqua in* ωρ, *masculina sunt*: *nulla uero feminina tantum*, *praeter* ἡ ἄωρ, *mulier*, *et* ἡ ἀλέκτωρ, *uirgo innupta*. (1) *Vide Heteroclita*.

(1) ας, αντος: ὁ Αἴας, Αἴαντος, *Aiax*: ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς, *omnis*, *cunctus*: ἡ πᾶσα, τῆς πάσης, *cuncta*: τὸ πᾶν, τοῦ παντὸς, *cunctum*: sic ἅπας, *omnis*: σύμπας, *uniuersus*, *omnis*: Duo in ανος, ὁ μέλας, *niger*: τάλας, *miser*: μέλανος, τάλανος: quorum feminina, ἡ μέλαινα, τάλαινα: neutra, τὸ μέλαν, τάλαν.

(1) ας άδος: feminina sunt, ἡ μονὰς, μονάδος, *monas*, *unitas*: λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas*, *lucerna*: aut communia,

nia, ὁ, καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος, *exsul, profugus.*
(1) ας, ατος neutrum: τὸ γῆρας, γήρατος, *seneccus*: τὸ ἅλας, ἅλατος, *sal.*
(2) αις, αιτος, unum femininum, ἡ δαὶς, δαιτὸς, *conuiuium*: & unum neutrum, τὸ σταὶς σταιτὸς, *farina, aqua subacta.* Commune autem, ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer, puella,* facit παιδός. sic composita eius, ἄπαις, *sine liberis, carens filijs*: εὔπαις, *liberis abundans, uel bonos habens filios, aut bona indole puer.*
(2) αυς, αος: ἡ ναῦς, uel νῆς, *nauis*: τῆς ναὸς, uel νηός: sic, γραῦς, *anus, uetula.*
(3) ες, εος, neutra communium in ης: τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, *uerum.*

(1) *Nihil facilius, quam nosse, quae finita in* ας *faciant* αντος, *& quae* αδος, *uel* ατος. *nam uel mediocris auctorum lectio haec tibi demonstrabit: regulis autem haec percipi facile nequeunt. Hoc tantum notabis, flexa per* αντος, *esse masculina per* αδος, *feminina, (exceptis paucis communibus, quae sola significatione facile cognoscuntur) per* ατος *uero, esse neutra, & quinctae declinationis contractorum, modo desinant in* ρας, *uel* ας *purum: ut uidebis in sequentibus. Sunt uero tria masculina, quae non declinantur per* αντος, *nempe* μέλας, τάλας, *de quibus in contextu, atque* ὁ λάας, τοῦ λάας, *& crasi* λᾶος, *lapis. Porro Aeoles masculina in* ας *per* αις *efferunt, dicentes* μέλαις, τάλαις. *Idem faciunt in participijs masculinis in* ας, *quae per* αντος *declinantur, ut* τύψαις *pro* τύψας, *qui uerberauit. Ex* Αἴας *uero non dicunt* Αἴαις, *ne diphthon-*

gus g

eminetur. Ceterum poetae non raro Dorico more ex genitiuis in αντος, *per apocopen reijciunt* τος, τοῦ Αἴαν, *pro* Αἴαντος. *De hac apocope nonnihil attigimus, pag. 28.* (2) *Finita in* αυς *aut* ευς, *non inuenies alia ab his, quae hoc loco enumerantur. tantum itaque notato, finita in* ευς *declinari quoque per* εως, εῖ *&c. & nominatiuum monosyllabum* νῦς, *apud poetas diuidi in duas syllabas,* νηύς, γρηύς: *atque nominatiuum pluralem similem reperiri nominatiuo singul* αἱ ναῦς, νηῦς: γραῦς, γρηῦς. *De horum autem accusatiuo singul. dicetur suo loco.* (3) *Haec saepe substantiuata reperiuntur, & per substantiua Latinis redduntur: ut,* τὸ ἀληθὲς, *uerum, uel ipsa ueritas, & sic de alijs. Sunt autem primae declinationis contractorum, ut dicetur in sequentibus.*

εις, ενος: ὁ κτεὶς κτενὸς, *pecte.* sic adiectiuũ εἷς ἑνὸς, *unus:* femininum μία, μιᾶς: neutrum ἓν, ἑνὸς. & inde composita, μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν, *nullus, a, um.*

εις, εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος, *Simois, Simoentis, nomen fluuij in Phrygia:* ἡ Ὀπόεις, Ὀπόεντος, *Opus, Opuntis, ciuitas in Locris:* itidem adiectiua, ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratus, a, um:* & participia. ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, *uerberatus:* at (1) ἡ κλεὶς, *clauis,* τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα, *&* κλεῖν.

ευς, έος communiter, ηος Ionice, έως Attice: ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, βασιλῆος, βασιλέως, *rex:* de hoc (2) postea.

Finita in εις, *facientia* ενος, *non inueniuntur, praeter* κτεὶς *&* εἷς, *cum compositis, quae ponuntur in contextu,* μηδεὶς *&* οὐδεὶς, *quasi* μηδὲ, *uel* οὐδὲ εἷς, *neque unus, ne unus quidem: ideo poetae in neutro saepe dicunt* μηδεὲν, οὐδεέν. *Aeoles uero ponunt* θ *pro* δ. μηθεὶς, οὐθεὶς, μηθὲν, οὐθέν. *Reliqua igitur, praeter* κλεὶς, *faciunt* εντος: *& sunt uel propria, uel adiectiua, uel participia, quorum superius meminimus in* εν εντος, *pag*. 40. *Genus autem nominum in* εις, *facile patet. adiectiua enim, et participia, masculina sunt: propriorum genus significatione cognoscitur: quae uero ponuntur in contextu, articulo genus indicant. Notandum autem, propria, & adiectiua in* όεις, *interdum contracte efferri per* οῦς, *abiecto* ι, *&* οε *contractis in* ου, *ut ex,* ὀπόεις, *&* πλακόεις, *dicimus* ὀποῦς, πλακοῦς, *de quibus postea in* ους, οῦντος. *sic adiectiua in* ήεις, *interdum contrahuntur in* ῆς, *uerso prius* η *in* ε, *& ex* ει *abiecto*, ι, *&* εε, *in* η *contractis: ut ex* τιμήεις, *&* δαφνήεις, *dicimus* τιμῆς, δαφνῆς: *de his uide in* ης, ῆντος.

(1) *In accusatiuo plurali*, τὰς κλεῖδας, *& Dorice* κλᾶδας. (2) *in tertia declinatione contractorum*.

ης, ητος: ὁ λέβης, λέβητος, *lebes, cacabus*: ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος, *uestis*: & item substantiua feminina, quae fiunt ab adiectiuis in ος, κακὸς, *malus*, ἡ κακότης, κακότητος, *malitia*.

ης, ῆντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος, *honoratus*: ὁ δαφνῆς, δαφνῆντος, *laureaceus*.

ης, εντος: ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, *Clemens*: Οὐάλης, Οὐάλεντος, *Valens, seu Valentinus*.

ης, εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, *Demosthenes*, ὁ Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, *Hercules*: ἡ τριήρης, τριήρεος, *triremis*: ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέος, *uerus, uera.*

ης, ητος *faciunt substantiua appellatiua: & feminina sunt, praeter sequentia masculina.*

Αμης, *placentae genus lacteae.*

Επιβλὴς, *sera, uectis.*

Κέλης, *equus celes, & paruum nauigium.*

Λέβης, *olla, cacabus.*

Μύκης, *fungus.*

Πένης, *pauper.*

Σὴς, *erugo, timea: quidam malunt*, ἡ σὴς.

Τάπης, *tapes, stragulum.*

Per ῆντος, *&* εντος, *paucissima declinantur: & illa quidem fiunt ex* ήεις *(ut diximus in* εις, εντος*) & masculina sunt: haec uero sunt uirorum propria, deducta a Latinis, habentibus formam participiorum in ens, entis, ut Clemens, entis, Valens, entis, qui & Valentinus. Per* εος *uero flectuntur infinita paene masculina composita uirorum propria, & adiectiua communia, & feminina in* ήρης, *quae tamen, reuera, adiectiua quoque sunt, & substantiuum* ναῦς *intelligendum: ut* τριήρης, *triremis, scilicet nauis: sic* ἑνήρης, διήρης, *uniremis, biremis, &c.*

ις ιος ὁ κὶς, κὸς, *uermiculus, qui in ligno, uel frumento nascitur*: ὁ ὄφις, ὄφιος *serpens*: ἡ πόλις, πόλιος, *urbs.*

ις ιδος: ὁ Πάρις, Πάριδος, *Paris*: ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, *crepida*: & communia, ὁ, καὶ ἡ ἄπολις, ἀπόλιδος, *extorris, exsul*: ὁ, καὶ ἡ φυγόπολις, *profugus.*

ις,ιθος:ὁ,καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, auis, ales: ὁ μέρμις,μέρμιθος,funiculus.

Nomen infinitum, ὁ, καὶ ἡ τὶς, τὸ, τὶ, *aliquis, quidam,* facit τίνος: interrogatiuum autem,quis, quae, quod,τίς,τί,τίνος,acuta paenultima.

Finita in ις,quorum genus significatione cognosci non potest,feminina sunt, exceptis ijs, quae ponuntur in contextu alterius generis:his adde ὁ λις,λιὸς, leo: & λῖς, λιτὸς,pannus lineus subtilis. Hoc loco animaduertendum, Clenardum omisisse terminationes ις,ιτος: ut ἡ χάρις,χάριτος,gratia:sic eius composita, ὁ,καὶ ἡ ἐὔχαρις,gratiosus,a:ὁ,καὶ ἡ ἄχαρις, insuauis, iniucundus,a. Omisit & ισος, ut ἡ θέμις, θέμισος, ius:ἡ χάρις, χάρισος. nam χάρις facit ιτος,& ιδος,& ισος. Ceterum paucissima sunt, desinentia in ις,quae faciant ιθος,uel ιτος,aut ισος,sed paene innumera,quae faciunt ιος, uel ιδος: atque haec uarietas est auctorum lectione discernenda:scito tamen, omnia propria uirorum ac mulierum facere ιδος, ιος uero omnia uerbalia in σις,ξις,ψις:quae multa sunt, & omnia secundae declinationis contractorum.

ος, εος: *τὸ τεῖχος, τείχεος, murus: &* & reliqua neutra.

ος,ότος,*κὸ τετυφὸς, τετυφότος,uerberans,uel quod uerberauit*:participia sunt.

Hic notandum, omnia finita in ος quinctae declinationis esse neutra,et nomina quidem facere εος,ac esse primae declinationis contractorum: per ότος, uero declinari

ſola participia praeteriti perfecti temporis, uocis actiuae, & mediae.

ους, οος: ὁ, καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοός, *bos*.

ους, ουντος: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, *errabundus, & placenta*: ἡ Ὀποῦς, Ὀποῦντος, *Opus, Opuntis*.

ους, όντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, *dens* & participia δοὺς, δόντος, *dans, uel qui dedit*. Ceterum ποὺς, ποδὸς, *pes*: ſic compoſita, ut ἄπους, ἄποδος, *expes, ſine pede, apes*.

Finita in ους, *quorum genus ſignificatione dignoſci non poteſt, maſculina ſunt. Declinantur autem omnia per* οος, *niſi quae fiunt per craſim ex proprijs, uel adiectiuis in* όεις, *quae per* ουντος. *per* οντος *uero flectuntur ſolum* ὀδοὺς *cum compoſitis, & participia in* οὺς, *quae ſunt praeſentis, uel aoriſti ſecundi, uocis actiuae, tertiae coniugationis uerborum in* μι. ποὺς *autem cum compoſitis facit* οδος. *Illud & obiter monendum, omnia compoſita in* ους, *eſſe adiectiua communia, & habere neutrum in* ουν, *& genitiuum in* ουντος.

υς, υος: ὁ μὺς, μυὸς, *mus*: ὁ ἰχθῦς, ἰχθύος, *piſcis*: ἡ χέλυς, χέλυος, *chelys, cithara, lira*.

υς, εος: ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus, uelox*: femininum ὀξεῖα: neutrum ὀξὺ, ὀξέος. ſic & reliqua adiectiua, ἡδὺς, *ſuauis*: ὠκὺς, *uelox*.

υς, εως, Attice: ὁ πῆχυς, πήχεως, *cubitus*: ὁ πρέσβυς, *ſenex*: ὁ πέλεκυς, *ſecuris*.

υς, υδος, ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, *chlamys, genus ueſtis*:

ὁ, χὴ

ὁ, καὶ ἡ νεήλυς, νεήλυδος, *nuper adueniens, aduena.*

υς, ῦτος: ὁ ζευγνὺς, ζευγνῦτος, *iungens* : participia ſunt.

Duas hic omiſit genitiui terminationes, υτος, *&* υθος, *ut* ὁ ἀκμὺς, ἀκμύτος, *indefeſſus:* ἡ κώμυς, κώμυθος, *faſciculus feni: ſed huiuſmodi nomina ſunt rariſſima. Porro haec genitiuorum uarietas uſu percipienda eſt. notato tamen, omnia monoſyllaba, atque bonam ſubſtantiuorum partem, facere* υος: *adiectiua omnia* έος: *tria ſolum Attice,* εως, *quae ponuntur in contextu :* υδος *omnia finita in* ηλυς, *cum paucis alijs:* ῦτος *uero ſola participia praeſentis temporis, uocis actiuae, quartae coniugationis uerborum in* μι. *Ceterum facientia* ύος, *maſculina ſunt, niſi quae rem nō ſubſiſtentem ſignificant, quae feminina ſunt: ut* ἡ ἀγορητὺς, ύος, *eloquentia: his adde* ἡ χέλυς, υος, *&* ἡ κόρυς υος, *galea: quia facit quoque* τῆς κόρυθος: *ac* ἡ ὀφρῦς, ύος, *ſupercilium: atque* ἡ ὀσφὺς, υος, *lumbus, quod & maſculinum eſt. Maſculina quoque ſunt facientia,* έος, εως, *&* ῦτος: *feminina uero reliqua, exceptis communibus in* ηλυς, *& paucis alijs maſculinis, quae uſu deprehendes.*

ως, ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος, *riſus:* τὸ φῶς, φωτὸς, *lux, lumē.*

ως, όος: ἡ αἰδὼς, αἰδόος, *pudor:* ἡ ἠὼς, ἠόος, *aurora.*

ως, ωος: ὁ Τρὼς, Τρωὸς, *Troianus:* ὁ Μίνως, Μίνωος, *Minos:* ὁ ἥρως (I) ἥρωος, *heros.*

Tria tantum ſunt facientia, όος, *per* ο μικρὸν, *nempe duo feminina,* αἰδὼς, *&* ἠὼς, *& quae ſunt quartae declinationis contractorum, & unum maſculinum,* ὁ χρὼς, τοῦ χροὸς,

τῷ

τῷ χροῒ, & χρῷ, color. ωος uero per ω μέγα faciunt Μινως, & ἥρως, & monoſyllaba habentia unam harum mutarũ, τ, δ, θ, ut Τρὼς: δμὼς, ſeruus: θὼς, genus lupi: ἡ δὼς, tamen, id eſt, datio, indeclinabile eſt. Reliqua in ως, ſi ſint nomina, faciunt ωτος: participia uero perfecta uocis actiuae, et mediae (quae hoc loco omiſſa ſunt) faciunt ότος, per ο μικρὸν, ut τετυφὼς, τετυφότος, qui uerberauit. Omnia autem nomina quinctae, finita in ως, maſculina ſunt, praeter duo feminina iam enumerata, & duo neutra, φῶς, φωτὸς, lucerna, lumen: et ὦς, ὠτὸς, inuſitatum in nominatiuo, pro quo dicimus, τὸ οὖς, ὠτὸς, auris. Porro unicum feminինum, ἡ φῶς, id eſt, inuſtio ab igne facta in cruribus, facit τῆς φωδὸς. (1) Huius accuſatiuus τὸ ἥρωα, &, per apocopen, ἥρω, ut τὸν Ἀπόλλω, pro Ἀπόλλωνα.

λς, λος: ὁ ἅλς, ἁλὸς, ſal: ἡ ἅλς, ἁλὸς, mare.

νς, νθος: ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος, tinea: Τίρυνς, Τίρυνθος, Tiryns.

ρς, ρτος: ὁ μάκαρς, μάκαρτος, quod & μάκαρ, μάκαρος, beatus.

Finita in ς praecedente conſona non reperies, niſi ἡ δάμαρς, δάμαρτος, quod & δάμαρ, δάμαρος, uxor, & quae ponuntur in contextu.

ψ, πος: ὤψ, ὠπός, uultus: Κύκλωψ, Κύκλωπος, Cyclops.

ψ, βος: ὁ Ἄραψ, Ἄραβος, Arabs: ἡ φλέψ, φλεβὸς, uena.

ψ, φος: κίνυψ, κίνυφος, cynips, uel cinyps, muſca canina:

ἡ κα-

ἡ κατῆλιψ, *scala*: ὁ Σκίραψ, *Sciraps.*

Desinentium in ψ, *octo faciunt* βος, *nempe,*

Θάρυψ, *Tharyps.*

Λὶψ, *Libs, siue Africus uentus.*

Νὶψ, *Nibs.*

Φὰψ, *phaps, auis genus, palumbe.*

Χάλυψ, *chalybs, genus ferri durissimi.*

χέρνιψ, *manuum ablutio, & uas ad lauandas manus, gutturnium.*

Atque duo posita in contextu: quibus adde omnia finita in τριψ, *composita a* τρίβω, *tero, ut* παιδότριψ, *paedotriba, praeceptor puerorum in exercitio corporis. Tria uero tantum faciunt* φος, *quae ponuntur in contextu, e quibus* κατῆλιψ, *facit* φος, *&* πος. *Alia omnia in* ψ, *faciunt* πος. *Ceterum omnia in* ψ, *quae significatione genus non indicant, masculina sunt: praeter sequentia feminina,* λαίλαψ, *turbo:* ὄψ, *uox:* πηνέλοψ, *penelops, auis:* ὕδρωψ, *hydrops aqua inter cutem: Latinis masculinum est: durus hydrops, apud Horatium. His adde* φλὲψ, *&* κατῆλιψ. *quae sunt in cōtextu Clenardi. Inuenitur etiam* ὁ ὄινοψ, *niger, &* τὸ ὄινοψ, *nigrum.*

Et hactenus de genitiuo.

Accusatiuus singularis exit in α, τὸν Τιτᾶνα, *Titanem*: sed nomina in ις, & (1) υς, quorum genitiuus in ος purum, faciunt accusatiuum per ν, ὁ ὄφις, ὄφιος, ὄφιν, *serpens*: ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν *racemus.* (2) Barytona in ις, & υς, declinata non pure, sortiuntur utramq. terminationem, ἡ ἔρις, ἔριδος, τὴν ἔριδα & ἔριν,

lis,

lis,contentio: ὁ νέηλυς, νεήλυδος, τὸν νεήλυδα. & νέηλυν, *aduena*. Etiam αυς, in (4) αυν, ναῦς, ναός, ναῦν, *nauis*: γραῦς, γραός, γραῦν, *anus, uetula*. Finita in ους, saepius in ν, ὁ βοῦς, βοός, (5) βοῦν: raro autem in α, τὸν βόα, *bos*.

(1) Finita in υς, *per* α *quoque faciunt accusatiuum, ut* τὸν βότρυα, *et* τὸν ὀξέα, *ab* ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus. (2) Barytona, uocat, quorum ultima nullo accentu afficitur, sed intelligitur grauis, qui Graece dicitur* βαρύς: *eadem ratione appellantur Grauitona. De huius uocabuli etymologia uidebis plura in sequentibas. (3) Verum Ionice declinantur pure, non aliter, quam* ὄφις, *aut* βότρυς. *Itaque minime mirum, si utramque terminationem recipiant. (4) Poetice uero per* α *quoque accusatiuum faciunt,* τὴν νάα, *uel* νῆα, *uel* νέα, *&* νηῦν. *(5) Dorice,* βῶν.

Vocatiuus idem cum nominatiuo, ὁ Τιτὰν, ὦ Τιτάν. (1) Excipe flexa per ντος, quae, ablato τος, formant uocatiuum: ὁ Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν, *Aiax*: λέων, λέοντος, λέον, *leo*. Adiectiua in ην, & εις, quae neutrum per εν, ea & uocatiuum per εν: τέρην, τὸ τέρεν, ὦ τέρεν, *tener,a,um*: χαρίεις τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν, & etiã ὦ χαρίει, *gratus,um*. (2) Grauitona in ηρ, habent ερ μήτηρ, ὦ μῆτερ, *mater*: sic acuta quattuor, πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ, *pater, leuir, id est, mariti frater, seruator, uir*: ὦ πάτερ, δᾶερ, σῶτερ, ἄνερ: ubi & accentus in paenultimã retrahitur. Diphthongi αυς, & ους, deponunt ς, ὦ βασιλεῦ, βοῦ, πλανοῦ, *o rex, bos, uagabunde*: praeter ὦ πούς: & ὀδούς, *o pes, dens* (3) Grauitona quoque in ις & υς, reijciunt

ς: ὦ ὄφι βότρυ, *o serpens, raceme*: ſic παῖς, ὦ παῖ, quod fit a πάϊς, ὦ πάϊ, *puer, puella.*

(1) *Haec exceptio non habet locum in contractis, ut* ὁ ποιῶν, *faciens, genit.* τοῦ ποιοῦντος, *uocat.* ὦ ποιῶν, *non* ποιοῦν. *Hic notandum, poetas ex huiuſmodi uocatiuis, a genitiuis in* ντος *formatis, rurſus per apocopen abijcere* ν, *modo deſinant in* αν. *dicunt enim,* ὦ Αἶα, *pro* Αἶαν. (2) *Excipe* ὁ Πίηρ, ὦ Πίηρ, *Pier. Huiuſmodi autem grauitona pauca ſunt, ut uidebis in Accentuum tractatu. Grauitona quoque in* ωρ *declinata per* ορος, *habent uocatiuum per* ορ, *formando a genitiuo, abiectione* ος, *ut* ὁ Νέστωρ, Νέστορος, ὦ Νέστορ, *Neſtor.* (3) *Idem faciunt adiectiua acutitona in* ύς, έος, *ut* ὁ ὀξὺς, ὦ ὀξὺ, *acutus. atque apud poetas acutitona in* ίς, ίδος, ἡ Ἀμαρυλλὶς ὦ Ἀμαρυλλί, *Amaryllis.*

Sunt praeterea quaedam finita in ης, ω, *&* ως, *quae uocatiuum non habent ſimilem nominatiuo, ut uidebis in prima, & quarta declinatione contractorum.*

Datiuus pluralis fit a ſingulari, poſito σ ante ι, τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, *racemo, racemis*: & litterae δ, θ, ν, τ, ſunt reijciendae: λαμπάδι, λαμπάσι, *lucernae, lucernis,* ὄρνιθι, ὄρνισι, *aui, auibus*: Τιτᾶνι, Τιτᾶσι, *Titani, Titanibus*: λέβητι, λέβησι, *lebeti, lebetibus.* (2) Quod ſi tum paenultima corriperetur, fiet diphthongus, λέοντι, λέουσι, *leoni, leonibus*: τιθέντι τιθεῖσι, *ponenti, ponentibus*: aut uocalis anceps, quae in ſingulari producebatur poſitione, hic in plurali habetur longa, Αἴαντι, Αἴασι *Aiaci, Aiacibus*: ἱστάντι, ἱστᾶσι, *stanti, ſtantibus*: Quae

in

in ξ exeunt ψ, aut (3) diphthongum, adiectione ι faciunt datiuum pluralem, ἅρπαξ, ἅρπαξι: Ἄραψ, Ἄραψι: βασιλεὺς, βασιλεῦσι: βοῦς, βουσὶ: *rapax, Arabs, rex, bos*: at ὁ πούς, τοῖς ποσὶ, *pes*.

(4) Illa in ηρ, quae syncopen patiuntur, datiuum pluralem faciunt in άσι, πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι, *pater*: sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus, filiabus, uiris*, & similia.

(1) *Poetae formant hunc datiuum a nominatiuo plurali, addendo* σι: *sed in neutris prius mutant* α *in* ες, *ut* οἱ Αἴαντες, τοῖς Αἰάντεσσι, *Aiaces, Aiacibus*: τὰ βήματα, τοῖς βημάτεσσι, *tribunalia, tribunalibus. Id autem faciunt more Ionico, & Aeolico. atque interdum, metri gratia, eijciunt alterum* σ, τοῖς Αἰάντεσι. (2) *Paenultima datiui pluralis par est quantitate aliorum obliquorum paenultimae, aut maior: quod non esset uerum, si remotis* ντ, *unicum* σ *poneretur. itaque aliquo modo producenda est. Solent autem breues* ε, *&* ο *tribus modis in uniuersum produci. aut enim mutantur in proprias longas,* ε *in* η, ο *in* ω: *aut adsciscunt sibi subiunctiuas,* ι, υ: ε *quidem adsciscit* ι, *et* ο *adsciscit sibi* υ, *ut in hoc loco: aut consona sequens geminatur, ut breuis praecedens fiat longa positu. hoc interdum accidit quibusuis datiuis pluralibus quinctae, ut* τοῖς Τιτᾶσσι, *pro* Τιτᾶσι, *Titanibus, Ionice,* Τιτήνεσσι, *a singul.* Τιτὴν, Τιτῆνος. *Porro ancipites,* α, ι, υ, *nulla facta mutatione, possunt productae censeri, ubi hoc exiget aliqua necessitas.* (3) *Hoc solum intelligendum de ijs, quae habent*

diph-

diphthongum in ultima ſyllaba ſequente ς, ut quae deſinũt in αις, αυς, ηυς, εις, ευς, & ους: non autem quae deſinunt in ουν, uel ειρ. (4) A datiuo ſingul. πατρὶ, poſito σ ante ι, dicendum eſſet πατρσὶ: ſed, quia σ non poteſt poni poſt τρ, interpoſito α breui, dicimus πατράσι. ſic ab ὁ ὗς, filius, cuius genit. τοῦ ὕιος, & ſyncope (uel, ut alij malunt, contractione poetica) ὗος, et ſic in alijs caſibus: in datiuo plurali cum non poſſimus efferre ὗσι, pro ὕισι, eo quod υ numquam ſcribatur ante conſonantem, inſerto α, dicimus ὑάσι.

Atque hae quidẽ declinationes appellantur Simplices. Ceterum, cum inter tam uaria nomina quinctae declinationis, quaedam genitiuum faciant in ος purum, & reliquos item caſus in terminationem puram, fit, ut in multis accidat ſynaereſis ſiue craſis, duabus ſyllabis in unam contractis, ut τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, &, per craſim, τείχους, τῷ τείχεϊ, &, *per ſynaeres* in τείχει: & ſimilia. Ideoq. quaedam ſunt declinationes nominum contractorum.

Synaereſis proprie eſt uocalium ſeruatarum in diphthongum contractio: τείχεϊ, τείχει, *muro*, εϊ, *in* ει.

Craſis, cum alioqui duae ſyllabae commiſcentur in unam, ut τείχεος, τείχους, εο in ου: τείχεα, τείχη, εα in η. Sine diſcrimine tamen his uocibus pro eodem utimur, ſynaereſis, craſis, ſiue contractio.

Contractio ſolum fieri ſolet, dum concurrunt duae uocales, quarũ prima ſit anceps, α, ι, υ, eaq. correpta: uel breuis ε, ο: uel etiam longa, ſed raro, idq. ſequente ι, quod in

con-

contractione ſubſcribitur, ηϊ, ῃ: ωϊ, ῳ: ut, ἡ ἡρωίνη, ἡρῴνη, Heroine, ſemidea: νηρηΐδες, νηρῇδες, Nereides. Praecedente aliqua ancipiti, ſi craſis eſt facienda, ipſa anceps manet, ſed iam producta (omnis enim ſyllaba contracta producitur) et uocalis, uel diphthōgus ſequens abijcitur. excipe, cū, praecedēte α, ſequitur ο, uel ω, in diphthōgo, uel extra diphthongū: tū enim craſis fit in ω. Praecedente aūt breui ε, et ſequēte uocali longa ȣ, ω, uel quauis diphthongo, ſi fiat craſis, fiet perdito ε, & remanente uocali, aut diphthongo ſequente: ſed ſequente altero ε, fiet in ει, niſi in duali nominum, ubi in η: ſequente ο, fit in ȣ: adueniente α, fit in η. Si uero ſequatur ϊ, uel ϋ, remanet utraque uocalis, ſed coaleſcunt in diphthongos ει, ευ. Ceterum, praecedente ο, & ſequente uocali longa η, ω, uel α, craſis fit in ω: ſequente uocali breui ε, ο, uel diphthongo ȣ, fi in ȣ: aduentante ῑ, uel diphthongo, in qua ſit ι, ut ει, οι, ῃ, fit in οι. Atque hae contractionum regulae, generales ſunt: & locum habent non ſolum in quinque nominum contractorum declinationibus, & tribus uerborum circumflexorum coniugationibus, ſed in uniuerſum, quoties facienda eſt contractio. Notanda tamen duo: unum, accuſatiuum pluralem habere eandem contractionem cum nominatiuo eiuſdem numeri, cuius finalis ſit ς: ut οἱ βασιλέες, λεῖς, τοὺς βασιλέας, λεῖς, per diphthongum ει, ut in nominatiuo, non per η. De hac re uide Annotationes in contractiones, circa finem illius tractatus. Alterum, iota numquam perdi in contractionibus, ſed retineri, uel ſaltem ſubſcribi, ut ὄφιες, ὄφις, ſerpentes: βοάεις, βοᾷς, clamas: & ſic de alijs.


RIMA declinatio contractorum est nominum (1) masculorum, femininorum, & communium in ης: neutrorum uero in ες, & ος: quorum genitiuus desinit in εος: ac ferme in omnibus casibus fiunt crases ex ε, & uocali, uel diphthongo sequenti, hoc modo.

		ους,	ει,	η,			η,	οῖν,		εις,	ῶν,		εις,	εις.
S.	ης,	εος,	εϊ,	εα,	ες.	D.	εε,	έοιν.	P.	εες,	έων,	εσι,	εας,	εες.
	ες,			ες,	ες.					η,			η,	η.
	ος,			ος,	ος.					εα,			εα,	εα.

Contractio singularis genitiui est εο, (2) ου: datiui εϊ, ει: accusatiui εα, η: dualis nominatiui εε, (3) η: genitiui έοι, οῖ: plur. nominatiui εε, ει: genitiui έω, ῶ: neutri pluralis εα, η. Vocales εα nunc in η, nunc in (4) ει: sic εε, & in (5) η, & in ει. Vocatiuus singularis in ες, ὦ Δημόσθενες, o *Demosthenes*. Datiuus plur. in nulla contrahitur declinatione.

S. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένεος, Δημοσθένους: τῷ Δημοσθένεϊ, θένει: τὸν θένεα, θένη: ὦ Δημόσθενες. D. τὼ, & ὦ Δημοσθένεε, θένη: τοῖν θενέοιν θενοῖν. P. οἱ, & ὦ Δημοσθένεες, θένεις: τῶν θενέων, θενῶν: τοῖς Δημοσθένεσι, absque crasi: τοὺς Δημοσθένεας θένεις.

ἡ τριήρης, *triremis*, τῆς τριήρεος, ήρους: τῇ τριήρεϊ, ήρει.

ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, *uerus*, *a*, τοῦ, καὶ τῆς ἀληθέος, ἀλιθοῦς.

τὸ ἀληθὲς, *uerum*, τοῦ ηθέος ηθοῦς: τῷ ηθέϊ ηθεῖ.

τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, τείχους. & ita deinceps.

(1) Masculina, sunt propria uirorum; feminina, desinũt in ήρης, & communia sunt adiectiua. Neutra quoque in ες, sunt adiectiua a communibus in ης: in ος uero substantiua sunt omnia. (2) Dorice autem, & Aeolice, ευ, ut habes pag. 24. (3) Poetice, interdum ει. (4) In ει solum in accusatiuis plur. non neutris, ut sit eadem contractio cum nominatiuo, ut antea diximus. (5) Crasis εε in η, tantum fieri solet in duali nominum, quamuis alibi quoque ita fiat, sed numquam in declinationibus nominum contractorum, aut in coniugationibus uerborum circumflexorum. In quibusdam quoque neutris dualibus fit in ει, τὸ σκέλος, εος, crux, τὸ σκέλεε, σκέλει, crura.

Secunda declinatio est (1) masculinorum & feminorum in ις, & neutrorum in ι.

ι, ις, ις, ις,
S. ις, ιος, ιϊ, ιν, ι. D. ις, ι οιν. P. ιες, ιων, ισι, ιας, ιες.
ι, ι. ι, ι, ι.
ια, ια, ια.

Crases ex ιϊ, in ι, longum, idq. in paucis. singul. datiuo, ιϊ, in ι: nominatiuo ιες, in ις: accusatiuo similiter ιας, in ις. Beliqui casus sine cõtractione. Neutrorum plur. ια, in ι. Accusatiuus semper in ιν. Vocatiuus in ι, ablato ς. nominatiui.

S. ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος, τῷ ὄφιϊ, ὄφι, τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι. Et plur. οἱ, & ὦ ὄφιες, ὄφις, τοὺς ὄφιας, ὄφις, *serpens*. sic ἡ πόλις, πόλιος, *urbs*.

Neu-

Neutrum, τὸ σίνηπι, σινήπιος, *sinapi*. Plurale σινήπια, σινήπι. Iones haec nomina flectunt per εος, (2) fitq. crasis primae declinationis, τῷ ὄφεϊ, ὄφει: τὼ ὄφεε, ὄφη: οἱ, & ὦ ὄφεες, ὄφεις: τοὺς ὄφεας, ὄφεις. (3) alij autem casus non contrahuntur.

Atticus genitiuus singul. εως, ὄφεως. Dual. εων, ὄφεων. Plural. εων, ὄφεων, accentu semper in antepaenultima.

(1) Pauca admodum sunt masculina huius declinationis, & significatione genus indicant, nisi ὁ ὄφις. Feminina uero infinita sunt, & omnia ferme uerbalia finita in σις, ξις, ψις, ut iam alias diximus. (2) Huiusmodi crasis fit Attice, non Ionice. nam Iones respuunt contractionem. Porro poetae interdum flectunt haec nomina per ηος, etc. atque tunc accusatiuus singularis desinit in ηα, non in ιν. ut fit communiter, Ionice, & Attice. (3) Tamen inuenimus apud poetas τῆς πόλευς, ciuitatis, qui est genitiuus Doricus contractus, pro πόλεος, a πόλεος Ionico, non aliter, quam in prima.

Tertia est masculinorum in ευς: genitiuus communis in έος: unde, in quibusdam casibus, fit crasis more primae declinationis: (1) Ionicus autem in ῆος, ex quo non fit contractio.

εῖ. ῆ. εῖς, εῖς εῖς.
S. εὺς, έος, έϊ, έα, εῦ. D. έε, έοιν. P. έες έων, εῦσι, έας, έας.
ῆος, ῆι, ῆα. ῆε, ήοιν. ῆες, ήων, ῆας, ῆες.

S. ὁ βασιλεὺς, *rex*, τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ, λεῖ. D. τὼ βασιλέε, λῆ. P. (2) οἱ βασιλέες, λεῖς: τοὺς βασιλέας, λεῖς.

Vocatiuus in εῦ, ὦ βασιλεῦ. (3) Datiuus plural. in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι.

Ionice τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆι, (4) τὸν βασιλῆα, &c. Atticus (5) genitiuus ſingularis in έως, τοῦ βασιλέως.

(1) Iuxta Iones veteres eſt quidem ῆος, ſed iuxta recentiores eſt ῆος. Boeotice autem eſt ιος, & Dorice, ac Aeolice εῦς, facta craſi ex έος in ους: deinde uerſo ου in ευ, ut diximus, pag. 24. (2) Et ſecundum ueteres Atticos βασιλῆς per ητα monophthongum. quidam tamen ἰῶτα ſubſcribunt, ducẽtes ex contracto βασιλεῖς, ει uerſo in η, quod Atticis eſt familiare. (3) Et Ionice ῆσι, a datiuo ſingulari Ionico ῆι, interpoſito σ, τῷ βασιλῆι, τοῖς βασιλῆσι. Sic poetae a datiuo ſingulari communi έι formant έσι, τῷ βασιλέι, τοῖς βασιλέσι. ſic ὁ υἱεὺς, filius, τοῖς υἱέσι filijs: ὁ δρομεὺς, τοῖς δρομέσι, curſor. neque uero inueniũtur τοῖς υἱεῦσι, τοῖς δρομεῦσι. (4) Poetice βασιλῆ. perditur enim α per apocopen, remanente eodem accentu: uel dicemus fieri per contractionem ex accuſatiuo communi, τὸν βασιλέα, βασιλῆ. (5) Hic genitiuus contrahitur in ως, ſi terminationem έως praecedat alia uocalis: ut ὁ Στειριεὺς, Στειριέος, Στειριῶς, Stirieus: atque huiuſmodi nomina mittunt accuſatiuum in α, τὸν Στειριᾶ.

Quarta eſt (1) femininorũ in ώ, & ώς ἡ Λητὼ, *Latona*: ἡ αἰδὼς, *pudor*, quorum (2) genitiuus in όος contrahitur in ους, Λητόος, τοῦς. Datiuus όι, οῖ. Λητόϊ, τοῖ. (3) Accuſatiuus όα, ώ, Λητόα, Λητώ. Vocatiuus in οῖ, ὦ Λητοῖ. Dual. & Plural. ut in tertia ſimplici declinatione, τὰ Λητὼ, αἱ Λητοί.

Femi-

) *Feminina in ὼ multa sunt, & omnia ferme mulierum opria. in ὼς uero sunt tantum duo, ἠώς, aurora, & αἰ-ς. (2) Genitiuus Aeolicus, & Laconicus, est ως. (3) Accusatius Aeolic. ῶν. & Ionicus οῦν. Ceterum ω accu-iui a nominatiuo ώ, acuitur, ut nominatiuus, cui similis sed a nominatiuo ώς, circumflectitur, τὴν αἰδῶ.*

Quincta declinatio continet neutra in ας purum, in ρας. Genitiuus communis (1) ατος, Ionicus αος, quo fit crasis Attica.

ως, ᾳ.	α, ῶν.	α, ῶν,	α, α.
αος, αι,	αε, άοιν,	άα, άων,	αα, αα.

ας, ατος, ατι, ας, ας. D. ατε, ατοιν P. ατα, άτων, ασι, ατα, ατα.

τὸ κρέας, caro, του κρέατος, κρέαος, κρέως: τῳ κρέατι, αι, κρέα: sic κέρας, cornu, κέρατος, κέραος, κέρως: sem-rq. contractio est ex α.

Omnes huius declinationis contractiones fiunt in ω in nitiuis, in reliquis casibus in a longum. semper enim uo-lis, quae remanet ex contractione, longa est. interdum men in neutro plurali inuenimus α correptum apud etas, sed hoc fit per apocopen syllabae τα, non per cra-n αα in α. (1) Apud Herodot. εος.

Et declinationes quidem sic habent: quae autem aeterea de nominibus dicēda, post trademus, ubi igulas orationis partes absoluerimus. Nunc per-imus ad coniugationes uerborum.

CONIVGATIONES VERBORVM

N uerborum coniugationibus Graeci praecipue habēt rationem futuri,& praeteriti perfecti, (1) quando hinc cetera pendent tempora. Perfectum praeteritū uocatur παρακείμενος, futurum μέλλων: quae Grammatici notant litteris π,& μ.

Prima coniugatio est uerborum in βω, πω, φω, πτω: quorum futurum in ψω, praeteritum in φα.

β λείβω	ψω	λείψω	φα	λέλειφα	*sacrifico.*
π τέρπω		τέρψω		τέτερφα	*delecto.*
φ γράφω		γράψω		γέγραφα	*scribo.*
πτ τύπτω		τύψω		τέτυφα	*uerbero,*

Secunda in γω, κω, χω, κτω: μ. in ξω, π. in χα.

γ λέγω	ξω	λέξω	χα	λέλεχα	*dico.*
κ πλέκω		πλέξω		πέπλεχα	*plico.*
χ τρέχω		τρέξω		τέτρεχα	*curro.*
κτ τίκτω		τίξω		τέτεχα	*pario.*

Tertia in δω, (2) τω, θω: μ. in σω, π. in κα.

δ ᾄδω	σω	ᾄσω	κα	ᾖκα	*cano.*
τ ἀνύτω		ἀνύσω		ἤνυκα	*perficio.*
θ πλήθω		πλήσω		πέπληκα	*impleo.*

Quarta

Quarta in ζω, σσω, futurum ξω, & praeteritum χα, ut in ſecunda cõiugatione: aut σω, & κα, ut in tertia.

ζ παίζω	ξω	παίξω	χα	πέπαιχα	ludo
σσ ὀρύσσω		ὀρύξω		ὤρυχα	fodio.
ξ φράζω	σω	φράσω	κα	πέφρακα	loquor.
σσ πλάσσω		πλάσω		πέπλακα	formo.

Attici pro gemino σσ uſurpant genitiuum ττ: ὀρύσσω, ὀρύττω, *fodio*: πλάσσω, πλάττω, *fingo*, ut γλῶσσα, γλῶττα, *lingua*.

Quincta in λω, μω, νω, ρω: futurum λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ, praeteritum κα.

λ ψάλλω	ῶ	ψαλῶ	κα	ἔψαλκα	cano.
μ νέμω		νεμῶ		νενέμηκα	diſtribuo.
ν φαίνω		φανῶ		πέφαγκα	appareo.
ρ σπαίρω		σπερῶ		ἔσπαρκα	ſemino.
μν τέμνω		τεμῶ		τετέμηκα	ſcindo.

Liquidae λ, μ, ν ρ, dicuntur immutabiles, quod in futuro non mutentur, ſed permaneant, ut in praeſenti.

In hac coniugatione, ultima futuri circumflectitur, paenultima uero (3) corripitur, abijciendo alteram immutabilem, ψάλλω, ψαλῶ: aut uocalem ſubiunctiuam, σπείρω, σπερῶ: φαίνω, φανῶ. aut breuiando ancipitem, κρίνω, κρινῶ, *iudico*.

Sexta in ω purum, hoc eſt, praecedente uocali aut diphthongo: μ. σω, π. in κα.

α γελάω		γελάσω			γεγέλακα	*rideo.*
ε τελέω		τελέσω			τετέλεκα	*finio.*
ι τίω		τίσω			τέτικα	*honoro.*
ο ὀμόω		ὀμόσω			ὤμοκα	*iuro*
υ δύω		δύσω			δέδυκα	*ingredior*
ω (4) ῥώω		ῥώσω			ἔῤῥωκα	*firmo.*
αι παίω	σω	παίσω		κα	πέπαικα	*ferio.*
αυ ψαύω		ψαύσω			ἔψαυκα	*tango.*
ει σείω		σείσω			σέσεικα	*quatio.*
ευ ἱππεύω		ἱππεύσω			ἵππευκα	*equito.*
οι οἴω		οἴσω			ᾦκα	*fero, puto.*
ου κρούω		κρούσω			κέκρουκα	*pulso.*
υι ὀπυίω		(5) ὀπυίσω			ὤπυικα	*coeo.*

Litteram uero, per quam coniugationem formamus, aut tempora, nominant χαρακτηριστικὸν, hoc eſt, figuratiuam litteram, ut characteriſticō primae cōiugationis eſt una ex mutis, β, π, φ: ſecundae, γ, κ, χ: tertiae, δ, τ, θ: quartae, ζ, σσ, aut ττ: quinctae, λ, μ, ν, ρ: ſextae, omnes uocales, praeter η, omnes diphthongi propriae, & una impropria υι. (6) Sic figuratiuae litterae futuri ſunt, ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ. praeteriti autem, φ, χ, κ & ita de reliquis quoque temporibus dicendum.

(7) In terminationibus πτω, κτω, μνω, prior conſonans figuratiua cenſetur littera, nempe π, κ, μ.

Atque hac coniugationes dicuntur Barytonae, quod uerba ſint βαρύτονα, hoc eſt, graui tono pronuncietur ultima ſyllaba, λείβω, λέγω, *&c. ſacrifico, dico.* Siquidem in omni ſyllaba, quae non ſignatur accentu,

centu, intelligitur grauis, qui, ob id, uocatur Accentus syllabicus.

(1) *In deducendis, formandisq. temporibus Clenardus, alios secutus, illa ueluti catena quadam connexuit, ita, ut unum ab alio formet, & rursus illud ex alio, atque alio, donec ad thema peruentum sit. Huius deductionis exemplum habes in fine tractatus de Inuestigatione thematis. Hanc ego rimandi rationem non reprobo: quia molestũ, ac difficile uidetur, in unoquoque uocabulo tot tempora percurrere, tibi aliam methodum trademus, quae omnia statim deduces ab ipso themate, aut ad illud referes. Quattuor igitur in unoquoque tempore sunt consideranda, scilicet Augmentum, Characteristica, uocalis praecedens characteristicam (quae a nobis, doctrinae gratia, licet non satis proprie, Paenultima appellabitur) & id, quod ponitur post Characteristicam, quae Terminatio a nobis dicetur.*

Augmentum habet tantummodo locum in praeteritis omnibus, & aoristis indicatiuorum, atque in perfecto, & paullo post futuro omnium modorum, & participiorũ: hoc modo. Si uerbum incipit a uocalibus, α, ε, ο, uel diphthongis αι, αυ, οι, mutantur α & ε in η, ο in ω, αι, in ῃ, αυ in ηυ, οι in ῳ. si uerbum incipit ab alia uocali, uel diphthongo, nulla fiet mutatio propter augmentum. cum uero incipit a consonante, praeponitur ubique ε, ante quod (modo non sit longum positu) in perfectis, plus quam perfectis, & paullo post futuris repetitur consona, quae sequitur huiusmodi ε, sed pro adspiratis φ, χ, θ, repetuntur earum tenues

nues π, κ, τ: plus quam perfectum autem recipit aliud ε ante conſonantem repetitam. & haec de Augmento.

Characteriſtica praecipue conſideratur in praeſenti, perfecto, & futuro primo indicatiui uocis actiuae. Characteriſticae praſentis primae coniugationis ſunt π, ϐ, φ, πτ: ſecundae κ, γ, χ, κτ: tertiae τ, δ, ϑ: quartae ζ, σσ, uel ττ: quinctae λ, μ, ν, ρ: ſextae uocales & diphthongi. Characteriſticae perfecti primae φ: ſecundae χ: tertiae, quinctae, & ſextae κ. Characteriſticae futuri primae ψ: ſecundae ξ: ter. & ſextae σ: quinctae λ, μ, ν, ρ. uerba uero quartae ſumunt omnia tempora (quod ad characteriſticam attinet) exceptis praeſentibus, & imperfectis, nunc a uerbis in γω ſecundae, nũc a uerbis in δω tertiae: ut alibi ſumus dicturi. Reliqua tempora conſentiunt characteriſtica cũ horum trium aliquo: nempe, omnia praeſentia, & imperfecta cuiuſcumque uocis, ac modi, cum praeſenti indicatiui uocis actiuae abſque ulla exceptione: eodẽ modo faciunt aoriſti ſecundi, & futura ſecunda omnia, & perfectum, ac plus qu. uocis mediae: ſed ex πτ, κτ, λλ, μν, reijcitur ſecunda τ, λ, ν. De characteriſtica, aut paenultima uerborum in έω, άω, όω, nihil hic exſpectes, ſed uide uerba circumflexa & in μι. Porro omnia futura prima uocis actiuae, et med. & omnes aoriſti primi in iiſdem uocibus ſequuntur characteriſticam futuri primi. Perfecti uero characteriſticã imitantur perſ. & plus qu. perſ. in uoce actiua ſine exceptione: ſic perfect, plus qu. aor. prim. fut. pr. & paullo poſt fut. uocis paſſ. ſed quia ante μ, σ, τ (ut initio huius libri diximus) characteriſticae φ, χ, non poſſunt facile conſiſtere, neque κ ante μ, σ, θ, uarias mutationes recipiunt φ, χ, κ,

quando

quãdo illorũ temporũ terminationes incipiunt ab his quattuor consonantibus μ, σ, τ, ϑ, ut in μαι, σαι, ται, μεϑον, θον. &c. ac sic collocantur, μμ pro φμ, ψ pro φσ, πτ pro φτ, & γμ pro χμ, ξ pro χσ, κτ pro χτ: et σ pro κσ (euanescit enim κ ante σ) & σμ, ς, σθ, pro κμ, ττ, κϑ: tamen in quincta coniugatione, atque plerumque (vt alibi dicetur) in sexta, κ deperditur ante μ, & τ, non aliter, quam ante σ: atque etiam ante θ, nisi cum θ inuenietur in terminationibus perfecti, aut plus quam perf. cuiuscũque modi, ubi κ, vt alias, migrat in σ. Notandum uero, in quincta coniugatione ante κ characteristicam perfecti, retineri figuratiuas praesentis λ, & ρ: idem facit μ, sed inter μ, & κ interponitur η, quia numquam μ ponitur ante κ: ν uero non seruatur, nisi in uerbis in αίνω, & polysyllabis in ύνω, ubi etiam migrat in γ. Atque, vt λ, μ, ν, ρ, se habent in perfecto ante κ, ita quoque ante μ, σ, τ, θ, in temporibus pass. sed γ redit in suum ν, nisi ante μ, ubi mutatur in μ. Hactenus de characteristica: pergamus ad paenultimam.

Paenultima in quattuor primis coniugationibus, & sexta non mutatur, nisi in aoristis secundis, & futuris secundis, ubi η, & ω mutantur in α: diphthongi αι, αυ, ου, perdunt subiunctiuam, ει, et & praepositiuã: ε quoque praesentibus λ, μ, ν, ρ, migrat in α, nisi in his uerbis, βλέπω, ἐνέγκω, λέγω, φλέγω, idest, adspicio, fero, dico, comburo. In perfecto etiam, & plus quam perfect. uocis med. αι mutatur in η: atque ε, & ει, si uerbum sit disyllabum, in ο, & οι. In quincta uero coniugatione paenultima nõ mutatur, nisi sit una harum, α, αι, ε, ει: quae sic mutãtur, α in η, sed id solũ in aoristis primis uocis actiuae, & mediae. αι in perf. & plus

quam

quam perfect. uocis med. mutatur in η: alibi semper perdit ι in praesentibus, et imperfectis: nam haec duo tempora numquam mutant Paenultimam, neque Characteristicam, cuiuscumque fuerint coniugationis. ε in disyllabis mutatur in α, nisi in tribus locis, nempe in aoristis primis uocis actiuae, & mediae, ubi adsciscit sibi ι, ut sit ει: in futuris primis uocis etiam actiuae, & mediae, ubi ε retinetur: in perfecto, & plus quam perfect. uocis med. ubi migrat in ο. in uerbis etiam desinentibus in μω, uel μνω, ε non mutatur in α, nisi in aoristis sec. & futuris sec. ε uero in polysyllabis semper retinetur, nisi in aoristis prim. uocis actiuae, & mediae, ubi etiam sibi adsciscit ι: & in aoristis sec. & futuris sec. ubi quoque mutatur in α. ει in disyllabis eodem modo se habet, atque ε in disyllabis. nam semper mutatur in α, nisi in tribus illis locis, in quorum primo habet eodem modo ει, in secundo ε, in tertio ο. ει autem in polysyllabis semper amittit subiunctiuam ι, nisi in aoristis prim. uocis act. & med. ubi retinetur ει. Atque haec dicta sufficiant de Characteristica, et Paenultima, siue uocali, quae praecedit Characteristicam: restat TERMINATIO, id est, illud omne, quod ponitur post Characteristicam, quod eodem omnino modo se habet in omnibus uerbis barytonis, cuiuscumque sint coniugationis. De hac igitur Terminatione ubi generalia quaedam praecepta tradiderimus, quod residuum erit, breuibus tabellis ob oculos proponemus. Praecepta sunt haec.

Praesens & imperfectum habent eandem prorsus uocem, nedum terminationem, nisi in indicatiuis: sic perfectum, & plus quam perfectum.

Ter-

Terminatio futurorũ cuiuscumque modi, ac uocis, est eadem cum terminatione praesentis eiusdem modi, ac uocis: sed in futuris sec. uocis act. & mediae, cum ε, & ο primum locum in Terminatione occupant, adsciscunt sibi subiunctiuas, ε quidem ι: ο uero υ, ut sint ει, ου: quod etiam habet locum in futuris primis actiuis, & medijs quinctae coniugationis, ut pro terminationibus praesentis ομαι εσαι &c. hic dicemus οῦμαι, εῖσαι, &c. Porro in uoce passiua terminationis praesentis futurum primum praeponit θης futurum secundum ης, & paullo post futurum σ, ut ex ομαι fiat θησομαι, ησομαι σομαι, &c.

In uoce media praesens, & imperfectum uoce, nedum terminatione, prorsus eadem sunt cum praesenti, & imperfecto pass. Perfectum uero, & plus quam perfec. terminatione conueniunt cum perfecto, & plus quam act. Aoristus autem secundus, & in uoce actiua, & in uoce media per omnes modos, & participia, eandem habent terminationem cum imperfecto eiusdem uocis, ac modi. Itaque in uoce media tantum remanet aoristus primus, peculiarem habens terminationem: futura enim (ut dictum est) cum praesenti terminatione conueniunt.

In uoce pass. duo aoristi sunt, terminatione similes: sed primus terminationi, utrique communi praefigit θ. nam dicit θην, θης, &c. ubi secundus dicit ην ης, &c, ac in secunda persona imperatiui dicit θητι, pro ηθι: ubi notandum, in primo scribi τι per ταυ, propter aliud θ semper praecedens.

In imperatiuis, & subiunctiuis, futura desunt: quorum locum supplent aoristi.

Perfectum in optatiuo, & subiunctiuo uocis pass. non inuenitur: sed circumloquimur illa tempora per participium praeteritum eiusdem uocis, & per praesens eiusdem uocis, & per praesens eiusdem modi, uerbi εἰμὶ, id est, sum: cuius coniugationem habes apud Clenardum in tractatu Anomalorum in μι.

Participia feminina sunt declinationis secundae: masculina in νος, &, neutra in νον, sunt tertiae: reliqua sunt quinctae, quae, siue masculina, siue neutra, fuerint, genitiuum a neutri nominatiuo formant, addendo τος: tamen ex ός, dicimus ότος, non όσος. Cetera de Terminatione, quae his regulis non sunt comprehensa, tibi figurae sequentes indicabunt.

Tempora	uocis	Indicat.	Imper.	Optat.	Subiunct.	Infi.	Participia. ὁ	ἡ	τό.
Praes. & futura.	actiuae	1 ω	12 ε	18 οιμι	22 ω	ειν	ων,	ουσα,	ον
Imperf. & aor. 2.	actiuae	2 ον							
Perfectum	act. & med.	3, α	12 ε	18 οιμι	22 ω	έναι	ώς,	ῦια,	ός.
Plus quam perf.	act. & med.	4 ειν							
Aoristus prim.	actiuae	5 α	13 ον	19 αιμι	22 ω	αι,	ας,	ασα	αν.
Praes. & futura	pass. & med.	6 ομαι				εσθαι			
Imperfectum	pass. & mediae.	7 όμην	14 ου	20 οίμην	23 ωμαι		όμενος,	ομένη,	όμενον.
Aoristus sec.									
Perfectum	passiuae	8 μαι				θαι			
Plus quam perf.	passiuae	9 μην	15 σο	μένος εἴην	μένος ὦ		μένος,	μένη,	μένον.
Aori. pri. & sec.	passiuae	10 ην	16 ηθι	10 είην	22 ῶ	ῆναι	είς,	εῖσα,	έν.
Aoristus prim.	media	11 άμην	17 αι	21 αίμην	23 ωμαι	ασθαι	άμενος,	αμένη,	άμενον.

TERMINATIONES . PERSONARVM DVCTARVM . A . PRIMARIIS PRAECEDENTIS . FIGVRAE

Quibus respondent per notas arithmeticas 1. 2. &c.

SINGVLARIA.			DVALIA.			PLVRALIA		
Perso. 1	2.	3.	1.	2.	3.	1.	2.	3.
1 ω	εις	ει		ετον	ετον	ομεν	ετε	ουσι.
2 ον	ες	ε		ετον	έτην	ομεν	ετε	ον.
3 α	ας	ε		ατον	ατον	αμεν	ατε	ασι.
4 ειν	εις	ει		ειτον	είτην	ειμεν	ειτε	εισαν
5 α	ας	ε		ατον	άτην	αμεν	ατε	αν.
10 ην	ης	η		ητον	ήτην	ημεν	ητε	ησαν.
18 οιμι	οις	οι		οιτον	οίτην	οιμεν	οιτε	οιεν.
19 αιμι	αις	αι		αιτον	αίτην	αιμεν	αιτε	αιεν.
22 ω	ῃς	ῃ		ητον	ητον	ωμεν	ητε	ωσι.
6 ομαι	ῃ	εται	όμεθον	εσθον	εσθον	όμεθα	εσθε	ονται
7 όμην	ου	ετο	όμεθον	εσθον	έσθην	όμεθα	εσθε	οντο.
8 μαι	σαι	ται	μεθον	θον	θον	μεθα	θε	νται
9 μην	σο	το	μεθον	θον	θην	μεθα	θε	ντο.
11 άμην	ω	ατο	άμεθον	ασθον	άσθην	άμεθα	ασθε	αντο
20 όμην	οιο	οιτο	οιμεθον	οισθον	οισθην	οίμεθα	οισθε	οιτο
21 αίμην	αιο	αιτο	αἰμεθον	αισθον	αίσθην	αίμεθα	αισθε	αιτο
23 ωμαι	ῃ	ηται	ώμεθον	ησθον	ησθον	ώμεθα	ησθε	ωντα

Impe-

Imperatiuorum terminationes.

SINGVLARIA.

Secunda.		Tertia.	Secunda.		Tertia.
12	ε	έτω.	15	σω	θω.
13	ον	άτω.	16	ηθι	ήτω.
14	ου	έσθω.	17	αι	άσθω.

Dualis, & pluralis ueluti ſingularis carent prima perſona. reliquae uero fiunt a tertia ſingul. uerſo ω in ον, ων, pro duali: ε, ωσαν, pro plurali.

Vides perſonarum terminationes in nouem lineis prioribus eandem fere ſemper analogiam ſeruare. Secunda enim perſona ſingularis ubique in ς deſinit. Tertia fit a ſecunda, remoto ς: ſed ex ας fit ε. Prima dualis in his omnibus deſideratur. Secunda dualis fit a ſecunda ſingul. uerſo ς in τον: ſed ex εις & ῃς, cum ueniunt ab ω, abijcitur ι, atque punctus ſubſcriptus. Tertia uero dualis (ut in genere loquar) in praeſenti, perfecto, & futuris omnium indicatiuorum, ας in quibuſuis temporibus omnium ſubiunctiuorum, eſt ſimilis ſecundae duali: alibi fit quidem ab eadem, ſed mutat ον in ην, niſi in imperatiuis, ubi in ων. Sic in genere ſecunda pluralis fit a ſecunda duali, migrante ον in ε. Prima uero pluralis fit a ſecunda ſingul. uerſo ς in μεν: ſed ει ab ω, atque ε migrant in ο, & ῃ in ω. Tertia pluralis eſt uaria: poteſt autem formari a prima plurali mutando μεν nunc in σι, nunc in ν, nunc in σαν, & modo in ον, ut melius ex ſchemate, quam praeceptis, colligitur: ab

ομεν uero prioris lineae dicimus non οσι, sed ασι.

Octo autem posteriores lineae aliam seruant analogiam, & formandi rationem, nisi in tertia duali, & secunda plurali. ac formationem quidem secundae, & tertiae personae singularis, uel ex ipsa tabella tibi expiscare, uel pete ex Scholijs nostris in praesens indicatiui pass. Prima uero dualis, ac prima pluralis, fiūt a prima singulari, mutando μαι, aut μην, in μεθον pro duali, & in μεθα pro plurali. Secunda dualis fit a tertia singul. uersó ται, aut το in σθον: sed in perfecto, & plus quam perf. indicatiui solum in θον: ubi quoque characteristica, quae praecedit ται, aut το, uarie mutatur, ut satis constat ex his, quae diximus, cum de Characteristica ageremus. Tertia pluralis fit a tertia singul. posito ν ante τ, & uerso ς, quod reperitur ante τ, in ο: uerum in perfect. & plus qu. cum litteram τ praecedit alia consona, fit a prima singul. migrante μαι in μένοι εἰσὶ, & μην in μένοι ἦσαν, facta scilicet circumlocutione per participium praeter, & uerbum substantiuum.

Haec praecepta de Augmento, Characteristica, Paenultima, & Terminatione, sunt ad uerbum ediscenda, in praximque, et usum transducenda: ut, dum in aliquod uerbū incides, in promptu possis dignoscere, cuius temporis, & personae habeat Terminationem: deinde, inspecta Characteristica, noscas, quotae sit coniugationis: ac cernas, num Paenultinta thematis alia esse possit ab ea, quam uides. item, num thema Augmentum uocalis ι acceperit: uel num uocalis, aut diphthongus mutabilis mutata sit propter Augmentum. Hac in re si paullulum te exer-

cueris,

cueris, miraberis facilitatem, quam experieris in inueniendo themate, atque in dignoscendis personis, ac temporibus omnium uerborum, legendis auctoribus obuiorum. Ceterum, si haec deducendi ratio noua cuipiam uideatur; atque ideo aliam malit sequi: per me quidem id illi licebit: non enim repugno: tamen neque illi infrugifera futura sunt haec de Terminationibus praecepta. poterit enim ex his facillime inflexionem uerbi τύπτω, atque aliorum omnium barytonorum, ediscere: ac, quid commune habeant inter se tempora, uel quid unicuique sit proprium, discernere. Ad haec, cognita semel ex Clenardo formatione temporum, trium indicatiuorum, his tabellis poterit formare reliquorum omnium modorum, et participiorum tempora ab indicatiui eiusdem uocis temporibus homonymis, id est, idem nomen habentibus: nempe praesens aliorum modorum praesenti indicatiui eiusdem uocis: sic perfectum a perfecto, aoristum primum ab aoristo primo, secundum a secundo, futurum prim. a futuro prim. secundum a secundo, paullo post futurum a paullo post futuro, hoc modo formando. Mutentur terminationes temporum indicatiui, scilicet ω, ον α, ειν, &c. in eas, quae in priori tabella unicuique tempori reliquorum modorum tribuuntur: sed ex aoristis abyciendum prius indicatiui augmentum, si quod habuerint: vt, si praesentia aliorum modorum uoluerit formare, sumet praesens indicatiui, vtpote τύπτω, uel quoduis aliud, ex quo mutando ω in ε, οιμι, ω, ειν, ω, faciet τύπτε, τύπτοιμι, τύπτω, τύπτειν, τύπτων. sic ex τέτυφα, mutando α in reliquorum modorum terminationes, perfecto respondentes, faciet τέ-

τυφε τετύφοιμι, τετύφω, τετυφέναι, τετυφώς: eodem modo in uoce paſſ. & med. ex praeſenti τύπτομαι, mutando terminationem ομαι in ου, οίμην ωμαι εσθαι, όμενος, faciet praeſentia reliquorum modorum, τύπτου, τυπτοίμην, τύπτωμαι, τύπτεσθαι, τυπτόμενος: atque ita in reliquis omnibus: numquam enim fallet analogia, niſi in duobus locis, nempe in perfecto imperatiui, & infinitiui uocis paſſ. nam, ſi ibi ſeruaretur analogia, ex perfecto indicatiui τέτυμμαι, dicendum eſſet in imperatiuo τέτυμσο, τετύμφθο, & in infinit. τετύμθαι, ubi dicimus τέτυψο, τετύφθω, τετύφθαι. alio igitur modo erunt formandae hae tres uoces, nempe ſecunda ſingul. perſ. imperatiui a ſecunda ſing. perſ. indicatiui, mutando αι in ο, τέτυψαι, τέτυψο. tertia uero ſingularis eiuſdem imperatiui (a qua deinde fiunt reliquae perſonae dualis, & pluralis numeri) atque perfectum infinitiui, formantur a ſecunda dualis numeri perfecti indicatiui, migrante ον in ω pro imperatiuo, & in αι pro infinitiuo, τέτυφθον, τετύφθω, τετύφθαι, accentu in paenultima. Obſeruandum quoque, quod diximus de futuro ſecundo uocis actiuae, & mediae, nempe illud habere diphthongos ει, ου, ubi praeſens habet in terminationis initio ε, & ο. dicimus enim τυποῶ, τυποῦμαι, τυπεῖσθαι, τυπούμενος, ubi, ſi analogia praeſentis ſeruaretur, dicendum eſſet, τυπόν, τυπόμαι, τυπέσθαι, τυπόμενος. hoc autem ideo fit, quia hoc tempus gaudet habere circumflexum in uocali, uel diphthongo, quae ſequitur Characteriſticam: cuius accentus capaces non ſunt uocales ε ο natura breues: quare producuntur aduocatis ſubiunctiuis ι & ο, ut diximus quoque pag. 62.

(2) τ raro eſt characteriſticum, & in Atticis tantum,

tum, ut ἀνύτω ex ἀνύω, perficio: aut poeticis, iiſq. paucis, & fere anomalis, ut πέτω pro πίπτω, cado: λίτομαι, pro λίσσομαι, ſupplico.

(3) Si forte quiſpiam quaerat, Quomodo corripietur paenultima futuri, ſi in praeſenti ſit η, uel ω? Non eſt, quod hic haereat. numquam enim paenultima praeſentis in quincta eſt η, aut ω: neque etiam diphthongus, niſi αι, uel ει: neque poſitione eſt longa, niſi propter duplex λλ, aut μν. (4) ῥώω poeticum eſt uerbum: thema uſitatum eſt ῥωννύω, ſiue ῥώννυμι, ut dicetur ſuo loco, in tractatu de inueſtigatione thematis: poetica quoque ſunt cetera omnia in ώω. fiunt enim a uerbis in έω, άω, όω ωννύω uel ώννυμι. (5) ὄπυσω, & ὤπυκα non inueniuntur. υ enim (ut diximus ſupra) ante conſonantem non ſcribitur. (6) Futurum proprie fit a praeſenti, poſito σ ante ω: ſed, quia σ (ut dictum eſt pag. 2.) numquam ſequitur aliquam conſonantem, niſi aliud σ, aut tres liquidas, λ, ν, ρ, idq. raro, non potuit haec formatio eſſe uera ſine uaria conſonantium mutatione. Itaque in prima pro πσ, βσ, φσ, poſitum fuit ψ, quod poteſtate illas conſonantes omnes complectitur. Eadem omnino ratione ξ locatum fuit in ſecunda pro κσ, γσ, χσ. in tertia uero cum nulla duplex aequalis eſſet ſimplicibus, τσ, δς, θσ, expunxerunt priorem, quia σ in futuro magis neceſſaria uidebatur: uel quia σ quoque poteſtate continet τ, δ, θ: quod cernitur in nominibus finitis in ς, quae faciunt genitiuum in τος δος θος. In quincta uero utraque erat neceſſaria, & praeſentis, & futuri characteriſtica: illa quidem, propter naturalem quandam uim, immutabilibus inſitam, ut nolint neque in nominibus, neque in uerbis perdi, propter

inflexionem: haec uero, quod esset futuri Characteristica.
itaque Aeoles utramque retinuerunt, dicentes ψάλσω, ca
nam, praeterquam μσ, quia numquam σ sequitur μ. ra-
ro etiam σ ponitur post aliquam consonam, ut diximus.
quare Communes, & Attici, ut asperum illum sonum eui-
tarent, σ reiecerunt, ultimam circumflectentes. Sunt et-
iam, qui dicant, σ non retineri ne ab ipsis quidem Aeolis,
nisi in uerbis in ρω finitis. In sexta, nulla fuit facienda mu
tatio. quia σ uocales, & diphthongos rite sequitur. In quar
ta uero, desinentia in σσω (quae pauca sunt) sumunt cha-
racteristicam uerborum in γω, idem significantium, sed
iam maxima ex parte inusitatorum. eodem modo finita in
ζω (quae Dorice efferuntur per σδω) a uerbis in δω cha-
racteristicam mutuantur. Dorice tamen a uerbis in γω:
saltem in futuro, & aoristo primo uocis actiuae, & me-
diae, ubi characteristica esset σ. nam Dores σ in ξ mu-
tant. βαδίζω, uado. μ. βαδίσω, & Dorice βαδίξω. Sic in a-
lijs coniugationibus, ut κλείω, claudo, μ. κλείσω, & Dorice
κλάξω, ει uerso in ᾳ: hinc aoristus primus ἔκλᾳξα, impera-
tiuus κλᾶξον, cum ἀπὸ, ἀπόκλᾳξον, exclude. Ceterum, quia
non raro uariant (ut ait Clenardus initio tractatus de
Inuestigatione thematis) eiusdem uerbi themata, aut a di
uersis omnino pendet formatio receptorum temporum,
fit, ut uerba in ζω, accipiant characteristicam a uerbis in
γω: & contra, finita in σσω (quae Aeolice per ζω efferun-
tur) sumant a uerbis in δω. Rursus quaedam & a γω, &
a δω, characteristicam mutuantur. Ne autem haereas, du
bitans, quae sint uerba hoc modo uariantia, ea omnia tibi
subijciam. Ac primum collocabo uerba in ζω, quae sumunt
cha-

characteristicam a γω, & non a δω: sed solũ recensebo simplicia, uel composita, quorum simplicia non sunt in usu. nã composita seruant normam simplicium. Sunt itaque haec,

Ἀλαλάζω, *iubilo.*
ἀλαπάζω, *populor: unde compositum* ἐξαλαπάζω, *&, metathesi,* ἐξαπαλάζω, *depopulor.*
ἀτύζω, *reddo attonitum.*
ἀπλύζω, *idem.*
Γρύζω, *lugeo.*
Ἐγγυαλίζω, *praebeo.*
Θρυλλίζω, *tero.*
Καυάζω, *contero.*
κράζω, *clamo.*
Λελίζω, *concutio.*
Ὀλολύζω, *ululo.*
Παίζω, *ludo: Attice tamen sequitur tertiam.*
Ῥέζω, *facio, sacrifico.*

Ab hoc puto deduci ἔρεξα, ας, ε, *frequens apud Homerum, in aoristo pr. pro* ἔρρεξα, *metri gratia. nam poetae saepe reijciunt unum* ρ, *cum geminatur, propter augmentum, uel propter compositionem: tamen alij malunt deducere ab* ἐρέζω, *ut sit sine augmento, quod poetis est familiare.*

Στάζω, *stillo.*
σταλάζω, *idem.*
στενάζω, *suspiro.*
στηρίζω, *firmo.*
στίζω, *pungo.*
στυφελίζω, *quatio.*
σφύζω, *salio, palpito.*

Haec finita in σσω, sequuntur tertiam, & sumunt characteristicam a uerbis in δω.

Ἐρέσσω, *remigo.*
Ἱμάσσω, *loro, uerbero.*
ἰνάσσω, *do fortitudinem.*
Δοάσσω, *uideo. huius tamen*

men futurum exſtare, negat Euſtathius.

λίσσω, ſupplico.

Πάσσω, ſpargo.

πλάσσω, formo, fingo.

Haec finita in ζω ſequuntur indifferenter ſecundam, uel tertiam, & ſumunt Characteriſticas uel a uerbis in γω, uel in δω.

Αἰάζω, lamentor, clamo.

ἁρπάζω, rapio.

ἀτίζω, uilipendo.

Βαστάζω, porto.

Δαΐζω, corrumpo.

Νυστάζω, dormito.

Σαλπίζω, buccino.

Τρίζω, ſtrideo.

τρύζω, idem.

Haec quoque in σσω ſumunt characteriſticas & a γω, & a δω, ἀφύσσω, miſceo, traho: & μάσσω, pinſo.

Haec finita in ζω, ſequuntur ſecundam: ſed illa eadem inueniuntur finita in σσω, a qua terminatione ducuntur tempora: quia uero haec tempora terminationi ζω ſolent quoque aſſignari, nolui illa praetermittere.

Ἀλύζω, fugio.

Ἐμπάζω, curro. hoc tertiã quoque ſequitur.

Οἰμώζω, lugeo, maerorem accipio.

Σφάζω, iugulo.

Τμάζω, ſcindo.

Φατίζω, dico, ſeparo.

φοινίζω, rubefacio.

Porro φρίζω, & φρίσσω, ſiue φρίττω, id eſt, timeo: in futuro ſequuntur ſecundam: in praeterito uero tertiam. nã

ſu-

futurũ est φρ ξω, & perfectum πέφρικα. Quando hic dico, aliquod uerbum sumere characteristicam aut tempora a γω, uel a δω: hoc non debet intelligi de characteristica praesentium, uel imperfectorum (ubi semper seruant proprias characteristicas ζ, & σσ, siue ττ) sed aliorum temporum. (7) Sic in terminatione λλω per duplex λλ, unicum λ censetur figuratiua: alterum uero ubique abijcitur extra praesens, & imperfectum.

VERBI. ACTIVI modi indicatiui.

Prae sens.
- S. τύπτω, (1) τύπτεις, τύπτει, *uerbero, as, at.*
- D. τύπτετον, τύπτετον, *uerberatis, ant, duo.*
- P. (2) τύπτομεν, τύπτετε, (3) τύπτουσι, *ramus, tis, ant.*

Numeri tres, ut in nominibus. Personae totidem: τύπτω, *uerbero,* τύπτεις, *uerberas,* τύπτει, *uerberat.* (4) Prima pluralis in μεν excludit primam dualem. (5) Secunda, & tertia dualis pares, quando tertia pluralis exit in ι, aut αι: (6) alioqui impares.

Dorice, τύπτες, τύπτε, remoto ι ex diphthongo ει, ut diximus, pag. 25. Aeolice uero τύπτης, τύπτη, posito η pro diphthongo ει, pag. 26 (2) Dorice τύπτομες. Dores enim (ut diximus pag. 25.) semper in prima plurali in μεν ν finale in σ mutant: quod bis admonuisse sufficiat. (3) Dorice, τύπτοντι. nam tertia pluralis praesentis, & futurorũ

indi-

indicatiui uocis actiuae, apud Dores est similis datiuo singulari participij masculini eiusdem temporis: τυψεῦντι, τυποῦντι, pro τύψουσι, τυποῦσι. Nec uero te moueat, quod dixerim τυψεῦντι, cum datiuus singularis participij sit τύψοντι: communiter quidem uerum est, sed Dorice dicitur τυψεῦντι, ut in futuro secundo τυποῦντι. Dores enim in omnibus coniugationibus futurum primum circumflectunt, ac uariant omnino, ut futur. secund. τυψῶ, ψεῖς, ψεῖ: εῖτον, εῖτον, εῦμεν, &c. ut τυπῶ, πεῖς. &c.

(4) Hoc accidit in tota uoce actiua, in aoristis pass. in perfecto, & plus quam perfecto uocis mediae. Si autem uolueris primam dualem in his locis signanter exprimere, accipe νῶ pronomen primae personae dualis numeri, id est, nos duo, & adiunge primae personae plurali eiusdem modi & temporis, ut νῶ τύπτομεν, nos duo uerberamus: et sic in alijs. (5) Hoc fit in praesenti, futuris, & perfecto indicatiuorum, & in omnibus temporibus subiunctiuorum. nam ibi tertia plural. desinit in σι, cum prima pluralis exit in μεν: & alias in ται, cum scilicet prima pluralis finitur in μεθα. (6) Nam secunda semper desinit in ον, & tertia in ν, nisi in imperatiuis, ubi tertia exit in ων, per ω μέγα.

Imperfectum { ἔτυπτον, ἔτυπτες, (1) ἔτυπτε, uerberabam, bas, bat. | ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, abatis, bant, duo. | ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, mus, tis, bant. }

(2) Da-

(2) Datiuis pluralibus, aut personis in ι desinentibus, additur ν, sequente uocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*: τύπτουσιν αὐτὸν, *uerberant ipsum*. sic personis in ε: ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *uerberabat ille*.

(1) *Iones in hoc tempore, & in utroque aoristo uocis actiuae omnium uerborum formant tertiã personam singul. a secunda, remoto augmento, & addita syllaba* κε: *ut ab* ἔτυπτες *secũda, fiet* τύπτεσκε *tertia Ionica. In uerbis autem circumflexis, & in* μι, *uocalis siue diphthongus praecedens* σ *corrripitur, auferendo subiunctiuam diphthongo, & longam uocalem in suam breuem mutando, ut* ἐποίεις *faciebas*, ποίεσκε *faciebat*: ἐτίθης *ponebas*, τίτεσκε *ponebat*: *& sic de alijs. Poetae uero, & Aeoles eodẽ prorsus modo faciunt totum singulare, desinens in* σκον, σκες, σκε, *atque primam pluralem in* σκομεν *(quae tamen in rarissimo est usu) ac tertiam eiusdem numeri in* σκον, *similem primae singularis, sicut fieri solet communiter in hoc imperfecto: similiter passiuum in* σκόμην, σκου, σκετο, *& in tertia plurali* σκοντο: *ut* τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, *uerberabam, uerberabas: uerberabat: & in tertia plurali* τύπτεσκον, *uerberabant, in passiuo* τυπτεσκόμην, τυπτέσκου, τυπτέσκοντο, *uerberabar, uerberabaris, uerberabatur: tertia pluralis* τυπτέσκοντο, *uerberabantur.* (2) *De hac re uide plura in Annotationibus in uerba, circa initium: unde multa quoque alia sunt petenda, quae huc congerere noluimus, quod ibi commodius tractari posse uidebantur.*

DE AVGMENTO

Verbum a consonante incoeptũ, assumit ε in principio

cidio imperfecti, quod est augmentum, siue incrementum syllabarum, τύπτω, ἔτυπτον.

Temporale augmentum est eorum, quae incipiuntur a uocali, aut diphthongo mutabili, quoties uocalis (2) anceps, aut breuis, quae unum habet tempus, mutatur in longam, quae duo continet tempora. Vocalium, ac diphthongorum quaedam mutabiles, quod mutentur in praeteritis; (3) quaedam immutabiles.

- **Vocales.**
  - **Mutabiles** α, ε, ο in η, η, ω:
    - η ἀνύω, ἤνυον. *perficio, perficiebam.*
    - η ἐλεύθω, ἤλευθον, *uenio, ueniebam.*
    - ω ὀπάζω, ὤπαζον, *praebeo, praebebam.*
  - **Immutabiles.**
    - η ἠχέω, ἤχεον, *resono, resonabam.*
    - ι ἰξεύω, ἴξευον, *aucupor, aucupabar.*
    - υ ὑβρίζω, ὕβριζον, *contumelia afficio.*
    - ω ὤθω, ὦθον, *impello, impellebam.*

- Diphthongi.
  - Mutabiles.
    - αι in η: αἴρω, ἦρον, tollo, tollebam.
    - αυ in ηυ: αὐλίζω, ηὔλιζον, in aula uerſor.
    - οι in ῳ: οἰκίζω, ᾤκιζον, habito, abam.
  - Immutabiles.
    - ει: εἰκάζω, εἴκαζον, aſſimilo, aſſimilabam.
    - ευ: εὐθυνω, εὔθυνον, dirigo, dirigebam.
    - ου: οὐτάζω, οὔταζον, cominus uulnero, bam.

Praepoſitiones in compoſitis praefixae uocalibus, (4) propriam uocalem ultimam abijciunt, tam in praeſenti, quam in praeterito: παρακούω, *obaudio*, ex (5) παρὰ, & ἀκούω, *audio*: παρέμενον, *permanebam*, a παρὰ & imperfecto ἔμενον, *manebam*, a μένω, *maneo*.

Excipe (5) περὶ, & (6) πρό. περιέχω, *amplector, contineo*: προάγω, *praecedo, procedo, progredior*, ab ἔχω, *habeo, teneo*, & ἄγω, *ago, gradior, duco, proficiſcor*. Quod ſi uerbum incipiatur ab adſpirata uocali, praepoſitio mutabit ſuam (7) tenuem in adſpiratam: καθάπτομαι, *attingo*: ἀφαιροῦμαι, *auferor, priuo, aut priuor*, ex ἄπτομαι, *eligo, uolo*, & (5) κατὰ, (5) ἀπὸ.

Dictum eſt, pag. 83. in quibus temporibus ſit augmento locus. Hic tamen notandum, poetas, & Iones interdum augmentum omnino reſpuere, & rurſus poetas nonnum-

quam

quam perfecti augmentum (quod fit per reduplicationẽ, siue repetitionem primae consonae thematis, ut in τέτυφα) reliquis cuiusuis modi temporibus, maximae uero aoristis secundis tribuere: atque plus quam perfecti incrementum imperfecto concedere. Porro in ᾄδω, cano, quod fit per contractionem ex ἀείδω, diphthongus impropria ᾳ mutatur in ῃ, ᾖδον, sed Dorice ᾆδον. Aoristus primus ᾖσα, & Dorice ᾆσα. (2) Unica anceps α, mutatur in longam η: aliae duae ι, & υ, quae in praesenti erant breues, hic, propter augmentum, longae iudicantur. (3) Quod non mutentur propter augmentum. ob alias autem caussas haud raro mutatur, praecipue longae η ω, in suas breues ε, ο. (4) Apud poetas tamen illam saepe, atque apud oratores nonnumquam, seruant, ut ἐπιέπομαι pro ἐφέπομαι, sequor, ex ἐπὶ, & ἕπομαι, sequor. ἀμφιελίσσω, in orbem uerto, circumtorqueo, ex ἀμφὶ & ἑλίσσω, uerto, torqueo. (5) Praepositionis παρὰ, & sequentium, significationes uarias quaere in tractatu de Ratione syntaxeos. (6) πρὸ tamen nonnumquam patitur contractionem, sequẽte augmento ε, ut προὔδωκας, prodidisti, pro προέδωκας. Vide Annotationes in uerba, circa finem. Idem interdum fit, quamuis ε non sit ex augmento, προέχω, προὔχω, emineo: atque etiam sequente ο, πρόοπλος, προῦπλος, praemissus. Illud & hoc loco monendum, has duas praepositionis Περὶ, & Πρὸ, in appositione, per apostrophum, non abijcere ultimam uocalem. quamuis aliae omnes non raro propriam ultimam sequente uocali reijciant. neque enim dicimus περ' αὐτοῦ, aut πρ' αὐτοῦ, sed περὶ αὐτοῦ, de ipso: πρὸ αὐτοῦ, ante ipsum. Dicimus tamen προὔργου pro

πρὸ ἔργου, ante opus, ſcilicet aliud quodcumque, id est, operaepraetium.

(7) Intellige de mutis tenuibus π, τ, quae, abiecta uocali praepoſitionis finali, remanent in fine praepoſitionis, uidelicet in his, κατὰ, μετὰ, ἀντὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, & ἐπὶ. Si enim componantur cum dictione, incoepta a uocali, aſperum ſpiritum habente, non ſolum abijcientur uocales ultimae, α, ι, ο, ſed tenues quoque, τ & π, mutantur in adſpiratas θ, φ. At id ab Ionibus minime obſeruari diximus pag. 23. Illud & hoc loco monendum, poetas e praepoſitionibus κατὰ, ἀνὰ, & παρὰ interdum in compoſitione abijcere ultimam uocalem α, etiam ſequēte conſona. ut κάθεο, pro κατάθεο, ſiue κατάθου, id eſt, repone: aoriſtus ſecundus imperatiui medij ſaepe obuius a κατατίθημι: ἀντείνω, pro ἀνατείνω, extendo: unde in aoriſto primo imperatiui ἄντεινον, pro ἀνάτεινον, extende: παρκύπτω, pro παρακύπτω, trāſcurſum adſpicio, quaſiq. limis oculis, uel in tranſitu, & quaſi per tranſennam, adſpicio. Interdum uero τ, & ν, praepoſitionum κατὰ & ἀνὰ, aut deperduntur, aut mutā tur in aliam conſonantem, quod ſaepe cum ſequenti conſonā nō poſſint cohaerere: ut κάσχεθω, pro κατασχέθω, teneo, inhibeo. in imperfecto κάσχεθον, ες, ε, detinebam, as, at, pro κατέσχεθε, ſine augmento: ἀμνάσει, ſuggeret, pro ἀναμνήσει, futurum primum ab ἀναμνέω, ubi quoque α paenultimae poſitum eſt pro η, idq. Dorice. in his duobus exemplis, non ſolum α finale deperditum eſt, ſed & conſonantes τ & ν. in ſequentibus uero mutantur, κακκείοντες, dormiturientes, uel dormituri, non κατκείοντες, (nam τ, et κ non cohaererent) pro κατακείοντες, participium praeſens a κατακείω.

quod pro futuro usurpatur: uel est ipsum futurum abiecto σ, pro κακκείσοντες: ἀγκομίζω, pro ἀνακομίζω, infero: ἄγκειμαι, pro ἀνάκειμαι. recumbo: αμπνυμαι pro ἀνάπνυμαι, respiro: ἀμπνέω & ἀμπνείω pro ἀναπνέω, respiro. Interdum uero in huiusmodi praepositionibus, quae, sequente augmento ε, suas uocales ultimas communiter reycerent, poetae, neglecto augmento, uel uocalem praepositionis suo loco relinquūt, uel eam abyciunt, uariatis τ, & ν, eodem modo, quo in superioribus exemplis: ut βάλλω, iacio, aoristus secundus ἔβαλον, cum κατὰ, communiter quidem κατέβαλον, poetice uero κατάβαλον, uel κάββαλον, deieci: πίπτω, cado, aoristus secundus ἔπετον, (ut alibi dicetur) unde κατέπεσον κατάπεσον, & κάππεσον, corrui. Sic ἵστημι, sisto, aoristus sec. ἔστην, cum ἀνὰ, ἀνέστην, ἀνάστην, ἄνστην, in duali ἀνστήτην surrexerunt: saepe occurrit. Idem nonnumquam obseruatur in praepositione ὑπὸ, ut ὑβάλλειν, subuertere, pro ὑποβάλλειν.

Perfectum
- τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε, *uerberaui, isti, it.*
- τετύφατον, τετύφατον, *istis, erunt, duo.*
- τετύφαμεν, τετύφατε, (1) τετύφασι, *imus, istis, erunt.*

(2) Vltima syllaba praeteriti, quae sit in singulis coniugationibus, ante dictum est, pag. 79. 80.

Quod ad primam attinet, si uerbum incipitur a uocali, aut diphthongo, idem initium (3) perfecti, & imperfecti.

ἀνύω,

ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα, *perficio, perficiebam, perfeci.*
ὑβρίζω, ὕβριζον, ὕβρικα, *uitupero, abam, aui.*
αἴρω, ἦρον, (4) ἦρκα, *tollo, tollebam, sustuli.*
εἰκάζω, εἴκαζον, εἴκακα, *fingo, fingebam, finxi.*

Idipsum fit in uerbis, inchoatis a consonante, (5) si modo ε augmentum syllabicum fuerit positione longum, nempe ante duas consonantes, aut duplicem ζ ξ ψ.

σπείρω ἔσπειρον, ἔσπαρκα, *semino, abam, aui.*
ζέω, ἔζεον, ἔζεκα, *ferueo, ebam, ferbui.*
ξέω ἔξεον ἔξεκα *polio, poliebam, poliui.*
ψάλλω ἔψαλλον, ἔψαλκα, *cano, ebam, cecini.*

Nam, si ε sit breue, aut anceps, iam in praeterito perfecto repetitur prima consonans praesentis, hoc modo.

τύπτω, ἔτυπτον, τέτυφα, *uerbero, abam, aui.*
γράφω, ἔγραφον γέγραφα *scribo, ebam, scripsi.*

Ancipitem hic dico, siue communem uocalem, quam sequitur muta cum liquida, ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον *scribebam, inclinabam, iudicabam.*

Quae ab adspiratis incipiuntur, pro repetendis adspiratis substituunt tenues.

θείνω, ἔθεινον, τέθακα, *stimulo, abam, aui.*
φαίνω, ἔφαινον, πέφαγκα, *luceo, ebam, luxi.*
χαίρων, ἔχαιρον, κέχαρκα, *gaudeo, bam, isus sum.*

Paenultima perfecti, & futuri eadem, τύψω, *uerberabo*, τέτυφα, *verberaui*. At disyllaba quinctae coniugationis paenultimam futuri mutant (6) in α.

στέλλω } μ { στελῶ } π { ἔσταλκα, *mitto, mittam, misi.*
σπείρω } μ { σπερῶ } π { ἔσπαρκα, *semino, abo, aui.*

Immutabiles, λ, & ρ, manent in præterito, ut futuro:

ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα, *cano, canam, cecini.*
σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα, *semino, &c.*

My μ seruatur quidem, (7) sed asciscitur η. νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, pro νενέμκα, *pasco, pascebam, paui*: sic δέμω, βρέμω, *aedifico, sono*, & alia.

Ny ν uertitur in γ, φαίνω, *luceo*, φανῶ, πέφαγκα. semper enim ν ante γ, κ, ξ, χ, migrat in γ.

(8) Disyllaba in είνω, ίνω, ύνω, abiiciunt ν.

κτείνω, κτενῶ, (9) ἔκτακα, *interimo, interimam, interemi.*
κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, *accuso, accusabo, accusaui.*
θυνω, θυνῶ, τέθυκα, *propero, properabo, properaui.*

(1) Et

(1) Et hic, & in perfecto medio, ασι mutatur Dorice in αντι, & Boeotice in αν. (2) Nempe φα in prima, χα in ſecunda, & quibusdam quartæ, κα in reliquis. (3) Immo omnium præteritorum, & aoriſtorum, ac paullo poſt futuri: ubicumque ſcilicet augmentum habet locum. (4) In exemplaribus tamen correctioribus non inuenitur punctum ſubſcriptum in huius verbi perfecto, aut temporibus ab eo, vel à futuro deductis, ſed tantum in imperfecto, & temporibus a praeſenti formatis. nam futurum eſt ἀρῶ, ut φανῶ, a φαίνω, pag. 71. Vnde aoriſtus primus ἦρα per η monophthongum, & in reliquis modis, depoſito augmento, ſumit in principio α futuri, non αι praeſentis, ἆρον, ἄροιμι, ἄρω, ἆραι, ἄρας. non αἶρον, αἴροιμι. &c. (5) De hac re tamen vide plura in Annotationibus in verba, circa principium. (6) Modo futurum non deſinat in μῶ. tum enim ε non mutatur, ſed in perfecto eſt antepaenultima, propter η, quod interſeritur, ut νέμω, μ. νεμῶ, π. νενέμηκα: ſic τέμνω, τεμῶ, τετέμηκα, & per ſyncopen τέτμηκα, ſeco, ſecabo, ſecui. (7) Numquam enim μ ponitur ante κ. (8) Finita in είνω, & ίνω, pauca reperiuntur, atque illa ſunt diſyllaba, vel a diſyllabis compoſita: inueniuntur tamen quaedam ſimplicia hyperdiſyllaba in είνω, ut φαείνω, luceo: ſed illa ultra imperfectum non coniugantur. Hoc etiam notatu dignum, Finitorum in νω quattuor tantum eſſe ſpecies. omnia enim deſinunt uel in είνω, uel ίνω, uel αίνω, uel ύνω. (9) Poetice, ἔκταγκα.

Plus quam perfectum { ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει, *uerberaueram, &c.*
ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην, *atis, ant, duo.*
ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν, *us, tis, ant.*

A perfecto deducitur, conuerſo α in ειν. In fronte ſumitur ε, ſi perfectum incipitur a conſonante, τέτυφα, ἐτετύφειν, *uerberaui, uerberaueram.* alioqui idem principium ἤνυκα, ἠνύκειν, *perfeci, perfeceram.*

Eſt Graecis tẽpus quoddam praeteritum, quod appellatur (1) Αόριστος, hoc eſt indefinitum. incerta eſt enim ſignificatio, paullone ante res praeterierit, an multo: ſuntq. aoriſti duo.

Aoriſtus I. { ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, *uerberaui, ſti, it.*
ἐτύψατον, ἐτυψάτην, *iſtis, erunt, duo.*
ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν, *imus, iſtis erunt.*

Vltimam primi aoriſti metimur e futuro, cuius ſeruatur characteriſticon, ſed ω migrat in α: τύψω, ἔτυψα, *uerberabo, uerberaui.*

Augmentum utriuſque aoriſti idem cum imperfecto.

{ ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα, *perficio, perficiebam, perfeci.*
τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, *uerberabo, abam, aui.*

Pae-



Paenultima eadem, quae in futuro, (2) ac semper natura, aut positione longa.

παίω, παίσω, ἔπαισα, *ferio, feriam, percussi.*
λέγω, λέξω, ἔλεξα, *dico, dicam, dixi.*

Quod si futuri paenultima corripitur, ut in quinta coniugatione, (3) producendae erunt uocales hoc pacto: Si α paenultima futuri extra diphthongum sit in praesenti, migrabit in η: ueniens autem ex αι, Attice quidem uertetur in η, communiter uero manebit, sed longum in aoristo, cum breue sit in futuro.

α α η ψάλλω ψαλῶ, ἔψηλα, *canto, abo, aui.*
αι α η μιαίνω, μιανῶ. ἐμίηνα *Attice, foedo, abo, aui.*
αι α α μιαίνω, μιανῶ ἐμίανα, communiter, *foedo. &c.*

Si paenultima ε, aduocatur ι, ut fiat diphthongus ει.

ει ε ει σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, *semino. abo, aui.*
ε ε ει στέλλω στελῶ, ἔστειλα, *mitto, tam, misi.*

At ι, & υ, breues in futuro, producuntur in aoristo.

κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα, *iudico, abo, aui.*
ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα, *hortor, abor, hortatus sum.*

(1) *Supple* χρόνος, *id est, tempus, quod Graece masculinum est; atque ideo dicimus, aoristus primus, uel secun-*

dus, non primum, &c. referentes ad substantiuum Graecum χρόνος, *non ad Latinum, tempus: contra, dicimus indefinitum, & futurum primum, vel secundum, non primus, &c. intelligimus enim substantiuum Latinum, tempus, non Graecum,* χρόνος. *(2) Hanc vniuersalem regulam Auctor retractat in Annotationibus in circumflexa. (3) Huiusmodi vocalium mutatio habet solummodo locum in quincta coniugatione, non autem in tertia, quarta, vel sexta, quãuis futuri paenultima esset breuis. Immo apud poetas, si versus exigat, vt eiusmodi paenultima breuis fiat longa, alia ratione producetur, nempe geminato* σ, *vt* ἔφρασσα *uel* ἔφρασα *a* φράζω, *dico, futurum* φράσω.

(1) Aoristus 2. { ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. | ἐτύπετον, ἐυπέτην. | ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Augmentum, ut in aoristo primo, ἔτυψα, ἔτυπον.

Paenultima breuis, ac ferme una ex ancipitibus α, ι, υ: proinde uocales praesentis ita mutantur.

η, ω, αι, αυ, ε } in α {
λήβω, ἔλαβον, *accipio, accepi.*
νείας, Αἰνειάδης, *Aeneas, Aeneades*: Ἱππότης, Ἱπποτά-δης, *Hippotes, Hippotades*. a tertia vero, verso ος in ίδης, Πρίαμος, Πριαμίδης, *Priamus, Priamides*: vel etiam in άδης, cum scilicet terminationẽ ος praecedit ι, ἥλιος, ἡλιάδης, *Sol, Solis filius*. a quincta autem, mutando ος genitiui in ίδης, ὁ Πηλεύς, τοῦ Πηλέος, ὁ Πηλεΐδης, & crasi Πηλείδης. cum enim terminationem ίδης praecedit ε, vel ο, vocales ει, & οι coalescunt in diphthongos ει, οι. Ceterum in πηλεὺς, & reliquis in εὺς, genitiuus Ionicus est ηος, vnde quoque formatur patronymicum, τοῦ Πτηλῆος ὁ Πηληΐδης, & epenthesi τοῦ α poetis in patronymicis familiari, ὁ Πηληϊάδης, τοῦ Πηλϊάδου, & Ionice Πηληϊάδεω, apud Homerum primo uersus Iliados. Vtuntur etiam interdum poetae in patronymicis syncope, epenthesi contraria: vt ὁ Ἠετίων, τοῦ Ἠετίωνος, ὁ Ἠετιωνίδης, & syncope Ἠετίδης, *Etides, Eetionis filius*. Iones autẽ patronymica in ίδης formant in ιον, ίων, κρονίδης, κρονίων: Πηλείδης, Πηλείων: sic η Ἰάπετος, Ἰαπετίδης, Ionice ὁ Ἰαπετίων, τοῦ Ἰαπετίωνος, systole Ἰαπετίονος, a quo genitiuo aliud rursus patronymicum formatur, ὁ Ἰαπετιονίδης, *Iapeti filius, nempe Prometheus, apud Hesiodum*. Patronymica feminina formantur eodem modo a primitiuis: sed, cum mascul. desinunt in άδης, aut ίδης, femin. reiecto, δη, desinunt in ὰς, aut ὶς: vt ὁ ἥλιος, ὁ ἡλιάδις, ἡ ἡλίας: ὁ Κάδμος, *Cadmus*, ὁ Καδμίδης ἡ Καδμίς: & poetice inserto η (ut saepe alias fit) ἡ Καδμηΐς, Pauca etiam feminina inueniuntur finita in ίνη: ut ὁ Ἄδραστος, ἡ Ἀδραστίνη, *Adrastus, Adrasti filia*: tamen, praecedente altero ι, desinunt in ὁ Ἠετίων, ἡ Ἠετιώνη, *Eetio, Eetione Eetionis filia*.

Porro

Porro ab ὁ Ἰκάριος fit Ἰκαριώνη, Penelope, Icari filia. Et hactenus de patronymicis.

Possessiua vero, quae tam a proprijs, quam appellatiuis, deriuantur, desinunt in κὸς, ειος, ινος, ιος, atque ώδης, & εις, quae plenitudinem quandam indicant: ἀνθρωπικὸς, ἀνθρώπειος, ἀνθρώπινος, humanus, ab ἄνθρωπος, homo: ἡ θάλασσα mare, ὁ θαλάσσιος, marinus: ὁ λίθος, lapis, ὁ καὶ ἡ λιθώδης, εος, lapidosus: ἡ χαρὶς, gratia, ὁ χαρίεις, εντος, gratiosus: ἡ ἄμαθος, arena, ὁ καὶ ἡ ἀμαθώδης, εος, & ὁ ἀμαθόεις, εντος, arenosus.

Et haec de possessiuis.

Deminutiua etiam & a proprijs, & ab appellatiuis ducuntur: ac masculina quidem sex formas habent, ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς: feminina tres, ων, ις, σκη: neutra uero unicam, ιον. Exempla masculinorum, Βακχυλίδης, Βάκχων, Bacchylides, Bacchulus: μωρὸς, μωρίων, stultus, morio: hic notandum, duas syllabas excedentia habere semper ι, ante ων: Ῥόδιος, Ῥόδαξ, Rhodius, Rhodiolus: Ζηνόδωρος, Ζηνᾶς, Zenodorus, Zenodorulus: ἄνθρωπος, ἀνθρωπίσκος, homo, homunculus: ναύτης, ναυτίλος, nauta, nautulus: διονύσιος, διονῦς, Bacchus, Bacchulus, siue Dionysius, Dionysiunculus: Exempla femininorum, ὑψιπύλη, ὕψων, Hypsipula, Hypsipulula, κρήνη, fons, ἡ κρηνὶς, ίδος, fonticulus. unde κρηνίδες, & κρηνιάδες, deae fontium, ὁ, καὶ ἡ παῖς, puer, uel puella, ἡ παιδίσκη, puellula. Neutrorum, τὸ εἶδος, εἰδύλλιον, forma, formula, uel cantio, cantiuncula, siue Oda, Odula. Hinc Pindarus suas Odas, Εἴδη appellauit, & Theocritus suas Eclogas Εἰδύλλια, quasi Odulas, vel paruas poematis formas.

Et deminutiua quidem ſic habent.

Denominatiuorum autem, quae ab alijs nominibus proficiſcuntur, uariae ſunt ſpecies: ac poſſumus fere ab unoquoque adiectiuorum genitiuorum deducere maſculina in ων, *feminina in* της, ία, σύνη, *et neutra in* ιον: *ut a* φίλος, *amicus,* ὁ Φίλων, *Philo:* ἡ φιλότης, φιλία, φιλοσύνη: *amicitia:* τὸ φίλιον, *amicum. ab* ὁ σώφρων, τοῦ σώφρονος, *id eſt, temperans, fit* σωφροσύνη, *temperantia, non autem* σωφρονοσύνη. *nam in huiuſmodi ſyncopatur* νο. *formantur quoque feminina in* ία *a datiuis pluralibus participiorū, uel nominum quinctae declinationis, finitis in* ουσι, *ut ab* εἰμὶ, *ſum, participium* ὤν, ὄντος, *exſiſtens, datiuus pluralis* οὖσι, *unde* οὐσία, *eſſentia: ſic ab* ὁ γέρων, οντος, *datiuus pluralis* γέρουσι, *unde* ἡ γερουσία, *ſenatus, ſenum conuentus. fiunt praeterea ab adiectiuis in* ος, *alia adiectiua in* έσιος, *&* ιμος: *ut ab* ἄπειρος *fit* ἀπειρέσιος, *infinitus, pro quo Homerus dixit,* ἀπερείσιος, *longam corripiens, & breuem producens. a* φαιδρὸς *fit* φαίδριμος, *& abiecto* ρ φαίδιμος, *clarus, purus, fulgidus. Fiūt quoque ab adiectiuis primae declinationis contractorum ſubſtantiua in* εια, *ut ab* ὁ, καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus, a, fit* ἡ ἀλήθεια, *ueritas. Et rurſus a ſubſtantiuis fiunt adiectiua in* αῖος, αλέος, *&* ιος, *ut ab* ὁ δρόμος, *curſus,* ὁ, καὶ ἡ δρομαῖος, *celer, velox curſu ualens: a* τὸ ἄλγος, *dolor, triſtitia. fit* ἀργαλέος, *pro* ἀλγαλέος. λ, *in* ρ, *Attice mutato, moleſtus, difficilis, triſtis: ab* ἡ ἐπιοῦσα, ης, *proxime ſequēs dies, fit* ὁ, καὶ ἡ ἐπιούσιος, *craſtinus, quotidianus, ſic ab* ὁ αἰών, αἰῶνος, *aeuum, aeternitas, fit* ὁ, καὶ ἡ αἰώνιος, *aeternus, ſaecularis, perpetuus. atque non pauca primae in* της. *quae uelut adiectiua ſunt, ut a* δῆ-

μος,

μος *populus*, ὁ δημότης, ου, *plebeius, tribulis*, *ab* οἶκος, *domus* ὁ οἰκέτης, ου, *domesticus*.

IN DECLINATIONES SIMPLICES.

PRimae declinationis nomina in της, quaedam (1) recepto more genitiuum faciunt in α, Θωμᾶς, Θωμᾶ, *Thomas*: sic Ἀννίβας, *Hannibal*: Πυθαγόρας, *Pythagoras*: πατραλοίας, *parricida*. Ἀρχίτας, *Architas*: & item alia consimiliter.

(2) Vocatiuus nominum in της, exit in α breue, τοξότης, *sagittarius*: ἱππηλάτης, *equitator*: προφήτης, *propheta*: ὦ τοξότα, ἱππηλάτα προφῆτα. sic gentilia, Σκύθης, ὦ Σκύθα, *Scitba*, & poetica in πης, κυνώπης, *inuerecundus*, ὦ κυνῶπα, & composita ex uerbis μετρῶ, *metior*: πωλῶ, *uendo*: τρίβω, *tero*. γεωμέτρης, *geometra*: βιβλιοπώλης, *bibliopola*: παιδοτρίβης, *paedotriba*: ὦ γεωμέτρα, &c.

Secundae declinationis nomina Ἀθηνᾶ, *Pallas*: Ναυσικᾶ, *Nausica*: & μνᾶ, *mina*, seruant α in genitiuo, & datiuo, Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾶ, &c. fiunt enim per crasim a desinentibus in α purum, Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.

Tertiae declinationis neutra in ον abiiciunt ν, more Attico, ἄλλο, *aliud*: τηλικοῦτο, *tantum*, *tam grande natu*: τοιοῦτο, *tale*: τοσοῦτο, *tantum*. sic pro-

nomina τοῦτο, *hoc* : ἐκεῖνο, *illud*: αὐτὸ, *ipsum*: interdum haec habent ν, τοιοῦτον, τοσοῦτον.

Quartae declinationis nomina, deducta ex ος tertiae, mutant α paenultimam (3) longam in ε, ναός, νεώς, *templum* : λαός, λεώς, *populus*.

(4) Quinque etiam accusatiuum faciunt sine ν, Ἄθως, Ἄθω, *Athon, siue Athos, mons Graeciae*: ἕως, ἕω, *aurora* : Κέως, Κέω, *Ceos, siue Cea insula* : Κῶς, Κῶ, *Cos, insula*: λαγώς, λαγώ, *lepus*. Vnum quoque in ως neutrũ est, τὸ χρεώς, τοῦ χρεώ, *debitum*.

(5) Datiuus singularis declinationum simplicium semper est diphthongus impropria, ᾳ, ῃ, uel ῳ.

(6) Quinctae declinationis nomina, ὁ πατήρ, *pater*, τοῦ πατέρος & πατρός, τὸν πατέρα tantum. ἡ μήτηρ: *mater*, τῆς μητέρος, & μητρός, τὴν μητέρα tantum, ad differentiam nominum ἡ πάτρα, *patria* : ἡ μήτρα, *matrix*.

Composita quaedam polysyllaba in ων, faciunt uocatiuum per ον, (7) accentu retracto in antepaenultimam, ὁ Ἀπόλλων, ὦ Ἄπολλον, *Apollo*.

Monosyllaba circumflexa in ῆς, genitiunm formant, ablato s, ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ, *Dres* : ὁ Τρῆς, τοῦ Τρῆ, *Tres* : sic Ποδῆς, Ποδῆ, *Podes, solea*.

Idem faciunt deminutiua circumflexa in ῦς, ὁ Καμῦς, τοῦ Καμῦ, τῷ Καμῦ, τὸν Καμῦν, *Camylus* : ὁ Διονῦς, *Bacchulus* : ὁ Κλαυσῆς, *Clausydus*.

Nomen

Nomen ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, *Iesus.*

(2) *Haec sunt Dorica, sed eorum declinatio est in communi usu. Porro huiusmodi nomina, magna ex parte, sunt propria, eaq. innumera. nam huic regulae subijciuntur omnia propria monosyllaba,* Γρᾶς, *Gras:* Θᾶς, *Thas: sic* πᾶς, πᾶ, *pater, deminitiuum ex* πατήρ: *& polysyllaba, quae ante* ας *habent aliquam consonantem,* Θωμᾶς, ᾶ, *Thomas:* Κηφᾶς, ᾶ, *Cephas:* Κοσμᾶς, ᾶ, *Cosmas:* Λουκᾶς, ᾶ, *Lucas:* Μηνᾶς, ᾶ, *Menas:* Χρυσολωρᾶς, ᾶ, *Chrysoloras:* ἄβας, α, *gentile nomen,* πάππας, α, *pater: praeterea, tam propria, quam appellatiua, finita in* ας *purum, modo deriuentur aut a uerbis circumflexis, aut nominibus feminis, ut* πατραλοίας, *parricida, ab* ἀλοιάω, *percutio.* Παυσανίας, *Pausanias, ab* ἡ ἀνία, *tristitia. Dorica quoque sunt* ὁ Ἀλεύας, τοῦ Ἀλεύα, *Aleuas:* ὁ λάας, τοῦ λάα, *&* λᾶς, *lapis.* (2) *Huiusmodi uocatiuus a poetis pro nominatiuo usurpatur, cui & praeponitur nominatiui articulus* ὁ. *Latini quoque ex his uocatiuis suos nominatiuos fecerunt, Propheta, Scytha, geometra, bibliopola, paedotriba, &c. Haec quoque uocatiuum per* α *faciunt,* ὁ λαγνής, *lasciuus,* ὁ πυραιχμής, *Pyraecmes:* ὦ λάγνα, πυραίχμα. *Contra, sequentia in* της *per* η, *non per* α, *faciunt,* ὁ Αἰήτης, *Aeeta:* Αἰναρέτης, *Aenareta:* Καλλιπέτης, *Callipeta:* Φιλοθερσίτης, *Philothersites,* ὦ Αἰήτη, Αἰναρέτη, *&c.* (3) *Non abs re dicit, longam. Si enim paenultima tertiae* α *sit breuis, non mutatur in quarta, ut ex* Οἰνόμαος, *Oenomaus, non dicitur* Οἰνόμεως, *sed* Οἰνόμαος. *Illud quoque notandum: Clenardi regulam habere tantummodo locum in nomini-*

minibus finitis in αος. *nam ex* κάλος, *non dicimus* κέλως, *sed* κάλως, *funis, rudens.* (4) *Hoc fit imitatione Atticorum antiquorum, qui* ν *in omnibus huius declinationis accusatiuis reiiciebant. Inuenitur tamen* τὸν λαγων. (5) *Hinc excipiuntur ea, quae ablato* ς, *formant genitiuum, de quibus in fine huius capitis uerba facit Clenardus. Praeterea Aeoles datiuis in* ῳ *non subscribunt iota. Dores uero saepe huiusmodi iota subscriptum negligunt, pag. 25. In quincta quoque declinatione nō subscribitur* ι. *Quare uel legendum, parisyllabicarum, ubi habetur, simplicium, uel supplendum, Si desinat in unam harum trium uocum. quasi diceret, Datiuus singularis declinationum simplicium communiter numquam est* α, η, ω, *per nudas uocales, sed semper est diphthongus impropria,* ᾳ ῃ, *uel* ῳ. (6) *Vide 48. & 49. In horum etiam duali, & plurali syncope locum non habet,* οἱ πατέρες *non* πάτρες. *Idem omnino iudicium de* γαστὴρ, τῆς γαστέρος γαστρὸς, τὴν γαστέρα *tantum. sic in duali, & plurali.* (7) *Non retrahunt tamen* ὁ Λακεδαίμων, *Lacedaemonius:* ὁ Παλαίμων, *Palaemon, deus maris, quamuis habeant uocatiuum per* ον, ὦ Λακεδαίμον, Παλαίμον: *neque etiam composita a* φρὴν, *id est, mens, ut* ὁ δαΐφρον, *prudens, bellicosus: neque etiam Aeoles umquam retrahunt. quamuis omnium finitiuorum in* ων *uocatiuus per* ον *efferant.*

IN. CONTRACTIONES

PRimae declinationis contractorum accusatiuus εα, & per crasim η: sed, quorum nominatiuus

uus deſinit in ης purum, etiam contrahuutur in α, εὐφυὴς, εὐφυέα, εὐφυῆ, uel εὐφυᾶ, *ingenioſus*: ὑγιὴς, ὑγιέα, ὑγιῆ, uel ὑγιᾶ, *ſanus*.

Contrahuntur etiam nomina in ος in omnibus caſibus.

Sing. ὁ νόος, νοῦς, *mens*, τοῦ νόου, νοῦ, τῷ νόῳ, νῷ, τὸν νόον, νοῦν, ὦ νόε, νοῦ.

D. τῷ νόω, νώ, accentu acuto, τοῖν νόοιν, νοῖν.

P. οἱ, καὶ ὦ νόοι, νοῖ, των νόων, νῶν, τοῖς νόοις, νοῖς, τοὺς νόους, νοῦς.

Sic ὁ ῥόος, *fluxus*: πλόος, *nauigatio*: & adiectiua ἁπλόος, *ſimplex*: διπλόος, *duplex*: quorum feminina, & neutra ſimiliter ubique contrahuntur.

Fem. ἡ ἁπλόη, ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης, ἁπλῆς, τῇ ἁπλόῃ, τὴν ἁπλόην, ἁπλῆν: & ita deinceps.

Neut. τὸ ἁπλόον, ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ: &c. ut in maſculino: τὰ ἁπλόα ἁπλᾶ.

Neutra uero in εον ſic inflectuntur per craſim.

S. τὸ, καὶ ὦ ὀστέον, ὀστοῦν, os, *oſſis*, τοῦ ὀστέου, ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ, ὀστῷ. D. τὼ ὀστέω, ὀστώ, acuto accentu: τοῖν ὀστέοιν, ὀστοῖν, τὰ ὀστέα, ὀστᾶ. Genitiuus, & datiuus, ut in maſculino.

Sic χρυσοῦς, *aureus*: ἀργυροῦς, *argẽteus*: χαλκοῦς, *aereus*,

a finitis in εος, χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, pro χρύσους, ἀργύρους, χάλκους. irregulariter enim accentus locum suum non seruat. Fem. χρυσῆ, ἀργυρᾶ χαλκῆ. Neutr. χρυσοῦν, ἀργύρουν, χαλκοῦν.

Neutra in τὸ ἄστυ, ἄστεος, *urbs*: τὸ πῶυ, πώεος, *grex*, licet flectantur per εος, (1) nusquam tamen contrahuntur.

Acuta in ὺς, τοῦ έος, crasim patiuntur in datiuo singulari, nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo plurali, ὁ ἡδὺς, *suauis*, τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδεῖ: οἱ, & ὦ ἡδέες, ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας, ἡδεῖς.

Sed υς υος contrahuntur in nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo plurali, ὁ βότρυς, *racemus*, τοῦ βότρυος: οἱ, & ὦ βότρυες, βότρυς, τοὺς βότρυς, semper facta crasi in υ. Sic νέκυς, *mortuus*: στάχυς, *spica*.

Imparisyllaba in ους similiter contrahuntur in tribus illis casibus pluralibus, ὁ βοῦς, *bos*, τοῦ βοός: οἱ, & ὦ βόες, βοῦς, τοὺς βόας, βοῦς: accusatiuus quoque singularis reperitur, τὸν βοῦν, ut νοῦν ab ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ, τὸν νοῦν, *mens*.

Comparatiua in ων contrahuntur in accusatiuo singulari communis generis, tribus casibus pluralibus in omni genere, nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo: prius autem eliditur ν, ac deinde fit crasis ex ο, & sequente uocali: ὁ καὶ ἡ μείζων, *maior*: τοῦ καὶ τῆς μείζονος, τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω: οἱ, αἱ, & ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους: τοὺς, καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους, (non μείζως, ut τοὺς βόας βοῦς, non (2) βῶς: quod accusatiuus pluralis quinctae declinationis semper contrahatur, ut nominatiuus) τὰ, & ὦ μείζονα, μείζοα, μείζω.

Sunt

Sunt & aliae terminationes in quincta declinatione per crasim facta, ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ex πλακόεις πλακόεντος, *placenta*. sic (3) ὁ Σιμοῦς, *Simois, fluuius*: ἡ Ὀποῦς, *Opus, ciuitas in Locris*: ἡ Ἀμαθοῦς, *Amathus, ciuitas Cypri*. Et (4) ὁ τιμῆς, τιμῆντος ex τιμήεις, τιμήεντος, *honoratus*. Et in ῆρ circumflexa facta ex έαρ, τὸ κῆρ, κῆρος, *cor*: τὸ στῆρ, στῆρος, *adeps, esca*: (5) a κέαρ, κέαρος, στέαρ, στέαρος. Et παῖς, παιδὸς: a πάϊς πάϊδος, *puer*.

Praeterquam in datiuo singulari, τῷ ἄστεϊ, ἄστει, τῷ πώεϊ, πώει. (2) *Inueniuntur tamen* τοὺς βῶς *apud poetas*: *& in accusatiuo singulari* τὸν βῶν, *& in datiuo plurali* τοῖς βῶσι. (3) *Idem faciunt reliqua finita in* όεις, *pag. 53. Huiusmodi crasis habet locum in adiectiuis finitis in* ήεις, *pag. 53.* (5) *Sic* τὸ ἦρ, ἦρος, *ab* ἔαρ, ἔαρος, *quod & poetice* εἶαρ, εἴαρος, *uer*.

Appendix de poetarum licentia in contrahendis nominibus.

Inueniuntur & multa alia nomina apud poetas contracta: ex quibus quaedam duplici contractione afficiuntur, una quidem per omnes casus, ut de νόος *& similibus dictum est: altera uero per eos tantum casus, in quibus eae declinationes contractae, per quas uariantur, contrahi solent: ut in* ἡ ὄϊς, *ouis*, τῆς ὄϊος, ὄϊ, ὄϊν, *&c.* ο, *&* ϊ *per omnes casus facta synaeresi coalescunt in diphthongum* οι, οἶς, οἶος, οἶι, οἶν, *&c.* *Ac rursus ex altera parte, in nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo plurali* ιε, *&* ια *contrahuntur*

in ι,

in ι, ut in secunda declinatione contractorum αἱ, ὦ ὄιες, καὶ τὰς ὄιας, *& crasi* οἶς, *& per priorem synaeresim* οἰς: *dicitur &* ὁ ὄις. *Eodem modo declinatur* ἡ φθόις, *placenta. Inueniuntur praeterea haec duo flexa per* ιδος: *unde sunt illa* τὴν ὄιδα, αἱ, ὦ ὄιδες, τὰς ὀίδας *trisyllabice. Bifariam quoque contrahuntur propria quaedam finita in* κλέης, *composita a* τὸ κλέος, τοῦ κλέεος, *honor, idq. propter tot uocalium concursum: ut* ὁ Ἡρακλέης, *Hercules,* τοῦ Ἡρακλέεος, *si* εος *spectes, contrahes in* ους, Ἡρακλέους, *& rursus,* εου *in* ου *contractis,* Ἡρακλοῦς, *quo modo etiam in nominatiuo* εη *contrahitur in* ῆ, ὁ Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς: *si uero aduertas ad duplex* εε, *constringes in* η, τοῦ Ἡρακλέεος Ἡρακλῆος: *hoc modo a* τὸ σπέος, τοῦ σπέος, τῷ σπέεϊ *dicimus* σπῆι, *id est, speluncae: a genitiuo* Ἡρακλῆος, *Iones suum formant ex* ῆ *circumflexo,* εη *barytonως facientes,* τοῦ Ἡρακλέηος. *Eadem uarietas seruatur in reliquis casibus: sed in uocatiuo singulari duplex* εε *uel contrahitur in diphthongum* ει, ὦ Ἡράκλεες Ἡράκλεις, *uel alterum* ε *per syncopen abijcitur,* ὦ Ἡράκλεες Ἡρακλεες: *quae syncope in alijs quoque casibus habet locum, ut* τῷ Ἡρακλέεϊ, Ἡρακλέϊ, τὸν Ἡρακλέεα Ἡρακλέα. *Sic in quibusdam alijs nominibus duplex* εε, *interdum unum syncopatur, ut* τὰ κλέεα, κλέα, *a* τὸ κλέος, *honor:* τὸν δυσκλέεα, δυσκλέα, *ab* ὁ, καὶ ἡ δυσκλέης, *ignobilis, infamis:* τὰ χρέεα, χρέα, *a* τὸ χρέος, *debitum:* τὼ ὄσσεε, ὄσσε, *oculi, a* τὸ ὄσσος, *quamuis quibusdam masculinum esse magis probetur,* ὁ ὄσσος, ου, *&* ὄσσε, *dictum pro* ὄσσω, *per declinationis metaplasmum. inuenitur enim* τοῖς ὄσσοις. *Caeterum* Ἡρακλέης *facit quoque Attice in accusatiuo* τὸν Ἡρακλεέην, *ut* ὁ χρύσης,

τὸν

τὸν Χρύσην, *quasi esset primae declinationis simplicis, ut* ὁ Ἀριστοφάνης, εος, τὸν Ἀριστοφάνην, *de quo postea, in sequenti Heteroclitorum tractatu.*

HETEROCLITA

Singulariter masculina sunt, δεσμὸς, *uinculum:* ἐρετμὸς, *remus:* ζυγὸς, *iugum.* κύκλος, *circulus:* λύχνος, *lucerna:* μοχλὸς, *uectis:* νῶτος, *humerus:* σαθμὸς, *statio, libra,* τράχηλος, *collum:* pluraliter (5) neutra δέσμα, &c. reperimus tamen etiam κύκλους, λύχνους.

Sic feminina, (2) δίφρος, *biga:* κέλευθος, *uia:* & commune ὁ, ἡ τάρταρος, *tartarus:* pluralia, δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Haec feminina, ἡ γυνὴ, *mulier:* ὁδὸς, *uia:* πόλις, *ciuitas:* χεὶρ, *manus,* in nominatiuo, & accusatiuo dualis numeri sunt generis masculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

Declinatione (3) uariant Δάρης, *Dares:* κόμης, *princeps, dux:* μύκης, *fungus:* τοῦ Δάρου, & Δάρητος, &c. Ἄρης, τοῦ Ἄρου, Ἄρητος, uel (4) Ἄρεος, *Mars.*

Propria nomina primae circumflexorum (4) habent interdum casus parisyllabicos, ὁ Ἀριστοφάνης, εος, *Aristophanes,* τὸν Ἀριστοφάνην & οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος, *annus:* ὁ ἑπταέτης, εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας, *septennis.*

Quae-

Quaedam in ως quartae, uel quinctae, ἥρως, *heros*: Μίνος, *Minos*: (6) τοῦ ωος, aut τοῦ ω: sic γέλως, *risus*. ἔρως, *amor*: τοῦ ωτος, uel τοῦ ω.

Etiam ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ, uel ὁ νοῦς, τοῦ νοός, *mens*: ut βοῦς, βοός, *bos*.

Composita a ποῦς habent οδος, uel ου, δίπους, δίποδος, δίπου, *bipes*: sic τρίπους, *tripes*: ἑπτάπους, *septipes*: Οἰδίπους, *Oedipus*, quod & Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου. (7) Saepe namque a genitiuo imparisyllabico formatur nominatiuus, qui declinatur parisyllabice, ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος, unde ὁ ἑπταπόδης ἑπταπόδου: ὁ μάρτυρ, μάρτυρος, (8) & ὁ μάρτυρος μαρτύρου, *testis*: ψίθυρ, ψίθυρος, ὁ ψίθυρος, ψιθύρου, *susurro*.

(9) Et alioqui diuersus est nominatiuus, ὁ μάκαρ, μάκαρος, uel μάκαρς μάκαρτος, uel μακάριος, μακαρίου, *beatus*: & alia quoque, τὸ δάκρυ, δάκρυος, & τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lacryma*.

Ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ: uel ὁ Μωσεὺς, τοῦ Μωσέος, quod etiam per υ scribitur, Μωυσῆς, Μωυσεύς.

Τὸ γόνυ, τοῦ γόνυος, & metathesi γουνός: & τὸ γόνας, γόνατος, *genu*: (10) τὸ δόρυ, γ όρυος & δοῦρος: & (11) τὸ δόρας, δόρατος: uel δοῦρας, δούρατος, etiam δόρος, δόρεος, & crasi δόρους, *hasta*.

Genitiuus quoque interdum uarius est eiusdem

no-

nominatiui, ἡ χεὶρ, τῆς (12) χειρὸς. & poetice χερὸς, *manus:* unde receptus datiuus pluralis, ταῖς χερσὶ, & genitiuus dualis, ταῖν χεροῖν. λὺγξ, λυγγὸς, singultus. λύγξ, λυγκὸς, lynx.

(13) Quandoque diuersa nomina eiusdem rei: sed casus partim sumuntur ab uno, partim ab alio: ἡ γύναιξ inusitatum, pro quo ἡ γυνὴ, *mulier*, τῆς γυναικὸς. τῇ γυναικὶ. τὴν (14) γυναῖκα ὦ γύναι, sine ξ: ut quandoque ὦ ἄνα, ab ἄναξ, *rex*: τὸ γάλα, *lac*, τοῦ γάλακτος ab inusitato γάλαξ. nam tria, ἄναξ, νὺξ, & γάλαξ, genitiuum habent in κος, sed adest (15) pleonasmus litterae τ, ἄνακτος, νυκτὸς, γάλακτος.

(16) ὁ Ζεὺς, τοῦ Διὸς, τῷ Διῒ, τὸν Δία, ὦ Ζεῦ, *Iuppiter*.
Τὸ ὕδωρ, ὕδατος, ab ὕδας. etiam τὸ ὕδος, ὕδεος, *aqua*.

(17) ὁ πολὺς, *multus*, τὸν πολὺν, & neutrum τὸ πολύ: reliquos omnes casus in qu uis genere, ac numero sumit ab (18) inusitato nominatiuo πολλὸς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ, & sic deinceps.

Ο μέγας, *magnus*, τὸν μέγαν, & neutrum τὸ μέγα: cetera omnia per tria genera, & totidem numeros accipiuntur ab inusitato nomine μεγάλος, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης. & reliqua.

Neutra quaedam in αρ genitiuum habent in ατος, ab inusitatis nominibus in ας, τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *hepar iecur*,

iecur, ab ἧπαρ: ſic (19) ἦμαρ, *dies*: εἶδαρ, *eſca*: φρέαρ, *puteus*: στέαρ, *adeps*: δέλεαρ, *eſca, illecebra*: ὄνειαρ, *utilitas*. Et hactenus de nomine: pergamus ad uerba.

A nominatiuis ſingularibus neutris in ον, *qui iam exoleuerunt, inueniuntur tamen* τὸ δεσμὸν, ζυγὸν, νῶτον. *A* δεσμὸς *inuenitur* τοὺς δεσμοὺς, *ut* κύκλους, λύχνους. (2) *Reperitur* δίφρος *maſculini generis in ſingulari, (Plutarchus* δίφρος ἡγεμονικὸς, *ſella curulis) nec mirum: nam ſaepe genus dialecto uariatur, ut* ὁ ἄσβολος, ὁ βῶλος, ὁ θόλος, *& Attice* ἡ ἄσβολος, *fuligo*: ἡ βῶλος, *gleba*: ἡ θόλος, *teſtudo templi*, ὁ κίων, *& Ionice* ἡ κίων, *columna. Atque Attici dualibus, quae communiter feminina ſunt, tamquam maſculinis utuntur*, τὼ κεφαλαὶ, *duo capita*: τὼ ἡμέρα, *duo dies, ab* ἡ κεφαλὴ, ἡ ἡμέρα. *Clenardus quattuor tantum enumerat, quae iij auctores uſurpant, qui communi lingua ſcripſerunt.* (3) *Haec uarietas praecipue locum habet in genitiuo, & accuſatiuo ſingulari*, ὁ δάρης, τοῦ δάρου, *&* δάρητος, τὸν δάρητα *&* δάρην: *ſic* γύης, *dentale, pars aratri*: Θάλης, *Thales*: Μέγης, *Meges*: Πύδης, *Pydes*: Φαλῆς, *Phales*. (4) *Et craſi* Ἄρους, *Dorice uero* Ἄρευς. *facit etiam* τοῦ Ἄρηος, καὶ Ἄρεος, καὶ Ἄρειος. (5) *Id eſt, declinantur per primam declinationem ſimplicium: ſed tantum in uſu habentur nominatiuus, accuſatiuus, & uocatiuus in ſingulari, & plurali.* (6) *Atque* ὁ κάλος, *funis, rudens*, τοῦ κάλω *&* κάλωος· ἔρως *uero facit etiam Aeolice* τοῦ ἔρου *per tertiam.* (7) *Sic ab* ὁ δμὼς, τοῦ δμωὸς, ὁ δμωὸς, οῦ, *ſeruus, unde* ἡ δμωὴ, ῆς, *&* δμωαὶ,

ᾶς,

ᾶς, *serua*: ὁ ἡγεμὼν, όνος, ὁ ἡγεμονὸς, ȣ̃, *dux, praeses*, & ἡ ἡγεμονὴ, ῆς, *imperium*. ὁ Τρὼς, τȣ̃ Τρωὸς, ὁ Τρωὸς, ȣ̃, *Troianus*. ὁ φύλαξ τȣ̃ φύλακος, ὁ φύλακος, ȣ, *custos*. *Item feminina*, ἡ κάλυξ κάλυκος, ἡ καλύκη: ης, *calyx, foliculus*. ὁ χιτὼν, ῶνος, ἡ χιτώνη, ης, *tunica*. (9) *Et* μάρτυς μάρτυος. (9) *Sic* λᾶας, *lapis*, τȣ̃ λάαος & *crasi* λᾶος, *uel* ὁ λάος, τȣ̃ λάȣ, τὸν λάον, & *Dorice* ὁ λάας, τȣ̃ λάα, τῷ λάα, *per primam*. *item* τὸ λάος, τȣ̃ λάεος, & ὁ λάϊς λάιος, &, *per synaeresim*, λᾶος *atqu*: ὁ λᾶς, τὸ λαὸς, *per quinc am*. *Eius synonymum est* ἡ λιθὰς τῆς λιθάδος, *uel* ὁ λίθος, ȣ. *Variant quoque* ὁ ἀσπασμὸς ȣ̃, & τὸ ἄσπασμα, ατος, *salutatio*: ἡ βλάβη, ης, & τὸ αλάβος εος, *nocumentum*: ὁ βρεχμὸς, ȣ̃, & τὸ βρέχμα, *siue* βρέγμα, ατος, *caluaria*: *os capitis*: ὁ γάρος, ȣ, & τὸ γάρον, *garum liquamen ex pice*, ἡ δίψα, ης, & τὸ δίψος, εος, *sitis*: τὸ δῶμα, τοῦ δώματος, *tectum, domus*, & *per apocopem* τὸ δῶ, τȣ̃ δῶ *indeclinabile*, & ὁ δόμος, τȣ̃ δόμȣ: ὁ ἐλέος, ȣ, & τὸ ἔλεος, ἐλέεος, *misericordia, commiseratio*: ἡ ἐνέδρα, ας, & τὸ ἔνεδρον, ȣ, *insidiae*: ὁ ἐχμὸς, ȣ, & τὸ ἔχμα, ατος, *retinaculum*: ὁ θρῆνος, ȣ, & τὸ θρῆνος, εος, *lamentatio*: ὁ θύμος, ȣ, & τὸ θύμον, ȣ, *animus*: ἡ κέλευθος, ȣ, & τὸ κέλευθον, ȣ, *uia*: ἡ νάπη ης, & τὸ νάπος, εος, *saltus, locus, siluosus*: ἡ νείκη, ης, & τὸ νεῖκος, εος, *rixa, iurgium*: ἡ νίκη ης, & τὸ νῖκος εος, *uictoria*: ὁ ὄνειδος, ȣ, & τὸ ὄνειδος, εος, *probrum*, ὁ, *uel* ἡ ὀρίγανος, ȣ, & τὸ ὀρίγανον, ȣ, *origanũ, herba*: ὁ ὄχος, ȣ, & τὸ ὄχος, εος, *uehiculũ*: ἡ σκάφη, ης, *et* τὸ σκάφος εος *scapha, nauis*: ὁ σκότος, ȣ, & τὸ σκότος, εος, *tenebrae* ἡ σπάρτη, ης: & τὸ σπάρτον, ȣ, *funis*. *Sic apud poetas* ὁ αἰγόκερως, τοῦ αἰγοκέρωτος, καὶ αἰγόκερω, *et* ὁ αἰγοκερεὺς, έως, & ηος, *capricornus*: ὁ Βορέας, ȣ, & Βορεὺς, *Boreas*,

Aquilo: ὁ Γηρυὼν, όνος, & Γηρυονεὺς, *Gerion:* ὁ ἡνιόχος ου, & ἡνιοχεὺς, *auriga:* ὁ πατροφόνος, ου, & πατροφονεύς, *parricida: dicitur* & ὁ πατροφόντης, ου, & πατροκτόνος, ου, *atque* ὁ πατραλόας, α, *pro eodem:* ὁ ὑδροχόος ου, & ὁ ὑδροχοεὺς, *aquarius, sideris Zodiaci:* ὁ ὑίος οῦ, & ὑιεὺς, *filius.* (10) *Datiuus* τῷ δόρηϊ, & *metathesi* δούρι, & *poetice* δόρι, *subtracto* υ *ex diphthongo* ου (11) *Sic* τὸ γήρας, γήρατος, & τὸ γήρος, γήρεος, *senectus,* τὸ οὖδας. ατος, & τὸ οὖδος, εος, *pauimentum.* (12) *Aeolice* χεῤῥός, *pro subiunctiua uocali geminatur consona sequens.* (13) *Poetae tale quiddam sibi permittunt in multis nominibus, praecipue in datiuo singulari secundae, & tertiae declinationis, in accusatiuo singulari, & datiuo plurali tertiae. nam eos sumunt tamquam nominatiuus singularis esset quinctae: ut in datiuo* τῇ ἀλκὶ, τῇ κλαδὶ, τῷ διχόμηνι, τῇ λιτὶ, τῷ μελίκρατι, τῇ παρθένι, τῷ πολυπάταγι, τῇ ὑσμῖνι: *pro* τῇ ἀλκῇ, τῷ κλάδῳ, τῷ διχομήνῳ, τῷ λίτῳ, τῷ μελικράτῳ, τῇ παρθένῳ, τῷ πολυπατάγῳ τῇ υσμίνῃ: *ab* ἡ ἀλκὴ ῆς, *robur:* ὁ κλάδος, ου, *ramus.* ὁ διχόμηνος, ου *semestris, semiplena luna:* τὸ λίτον ου, *pannus lineus:* τὸ μελίκρατον, ου, *mulsum.* ἡ παρθένος, ου *uirgo:* ὁ πολυπάταγος, ου, *multistrepus:* ἡ ὑσμίνη, ης, *proelium: sed tamquam ab* ἡ ἄλξ, ἀλκός: ἡ κλὰς, κλαδὸς: ὁ διχόμην, ηνος: ἡ λὶς, λίτος: τὸ μέλικρας, ατος: ἡ παρθὴν, ένος: ὁ πολυπάταξ, αγος: ἡ ὑσμὶν, ὶνος. *In accusa.* τὸν ἰκτῖνα, τὴν λῖτα, *pro* τὸν ἰκτινὸν, τὸ λίτον, *ab* ἴκτινος, ου, *miluus:* τὸ λίτον, ου, *pannus lineus, subtile stragulum: sed tamquam ab* ὁ ἰκτὶν, ινος: ἡ λὶς, λιτὸς. *In datiuo plurali,* τοῖς ἀδραπόδεσι, τοῖς δένδρεσι τοῖς ἔγκασι, ταῖς κλάδεσι, τοῖς κρίνεσι, τοῖς κτεάτεσι, τοῖς πέταλσι, τοῖς προβασι,

τοῖς

τοῖς προσώπασι, τοῖς σάββασι: a τὸ ἀνδράποδον, ου mancipium: τὸ δένδρον, ου, arbor: τὸ ἔγκατον, ου, uiscus, er t: ὁ κλάδος, ου, ramus: τὸ κρίνον, ου, lilium: τὸ κτέατον, οὐ, possessio: τὸ πέταλον, ου, folium: τὸ πρόβατον, ου, ouis: τὸ πρόσωπον, ου, facies: τὸ σάββατον, οὐ, sabbatum, requies: sed quasi a τὸ ἀνδράποδος, εος: τὸ δένδρος, εος: τὸ ἔγκας ατος: ἡ κλὰς, κλαδὸς, (Vide pag. 66.) τὸ κρίνος, εος. τὸ κτέατος, εος, siue τὸ κτέαρ, ατος: ὁ πέταλος, αλος: τὸ πρόβας, ατος, τὸ πρόσωπας, ατος: τὸ σάββας, ατος. reperitur quoque τὰ κρίνεα, lilia: τὰ προσώπατα, τῶν προσωπάτων, facies: sic τῶν μηλάτων, pecorum, pro μήλων, a τὸ μῆλον, οὐ, ouis, pecus: sed tãquam a τὸ μήλας ατος. Contra Aetoli pro datiuis quinctae usurpant datiuos tertiae, finitos in τοις, ut τοῖς γέροντοις pro γέρουσι, ab ὁ γέρων, οντος, senex: sed quasi ab ὁ γέροντος, ου: sic τοῖς διλημμάτοις, τοῖς, παθημάτοις, pro τοῖς διλήμμασι, παθήμασι, a τὸ δίλημμα, ατος, dilemma, syllogismus utrimque uinciens, & constringens: τὸ πάθημα, ατος, affectus, passio: sed quasi a τὸ διλήμματον, ου: τὸ παθήματον, ου. atque in nominatiuo, αἱ κλῶθες, Parcae, pro κλωθοὶ, ab ἡ κλωθὼ, όος, quod in duali, & plurali declinandum erat per tertiam. (14) Et γωνὴν apud ueteres.

(15) Contra uero, ὁ, καὶ ἡ κύων, canis: & ἡ ἄρην, agna, syncopen patiuntur in obliquis. Κυνὸς, ἀρνὸς, pro κύονος, ἄρηνος. (16) Declinantur etiam ὁ ζὴν, ζηνὸς, ζηνὶ, ζῆνα: immo decem huius inueniuntur nominatiui, ζεὺς, δεὺς, βδεὺς, ζὴν, ξὰν, ζὴς, ζὰς, δὶς, δὴν, δὰν: & διὸς, διΐ, δία, ueniunt a δίς. (17) Apud poetas regulariter declinatum inuenitur, ὁ πολὺς, τοῦ πολέος, &c. (18) A poe-

 tis

tis tamen usurpatur: sic neutrum πολλόν, *pro* πολύ, *siue sit nomen, multum, siue aduerbium, ualde, multum, multo.* (19) *His adde* τὸ κάρκαρ, ατος, *caput.*

ANNOTATIONES
IN . VERBA

Cognata tempora sunt, quorum eadem est figuratiua. Praesens, & imperfectum, (1) τύπτω, ἔτυπτον. Perfectum, & plus quam perfectum, (3) τέτυφα, ἐτετύφειν. Aoristus primus, & futurum primũ, (3) ἔτυψα, τύψω. sic aoristus secundus, futurum secundum, (4) & praeteritum medium, cognationem inter se habent, ἔτυπον, τυπῶ, τέτυπα.

Attici tertijs personis in ι, uel ε addunt litteram ν, (5) etiam ante consonantem, τύπτουσιν, uel ἔτυπεν τοῦτον, *uerberant, uel uerberauit hunc.*

Supple, Idq. non solum in uoce actiua, sed & in passiua, & med. τύπτομαι, ἐτυπτόμην. *atque non tantum in indicatiuo, sed etiam in reliquis omnibus modis, & participijs. Numquam enim reliqui modi, aut participia characteristica dissident ab ea, quam idem tempus habuerit in indicatiuo.* (2) *Supple, Vocis actiuae. Porro in uoce passiua perfectum quoque & plus quam perfectum inter se cognitionem habent,* τέτυμμαι, τέτυψαι, τετυπται: ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο: *& paulo post futurum cum secunda per-*

perfecti τέτυψαι, τετύψομαι: *sic secunda sing. perfecti imperatiui* τέτυψο. *Aoristus uero primus, & futurum primum, cum tertia perfecti, mutatis tamen tenuibus in adspiratas*, τέτυπται, ἐτύφθην, τυφθήσομαι: *sic tertia perfecti imperatiui, ac perfectum infinitiui*, τετύφθω, τετύφθαι: *sed si in tertia perfecti* ται *sit purum, hic interseritur* σ, κέκριται, *iudicatus est*, κεκρίσθω, *iudicetur*, κεκρίσθαι, *iudicari, a themate* κρίνω, *iudico*. (3) *Supple, In uoce actiua, & med.* ἐτυψάμην, τύψομαι. (4) *Supple, Per omnes uoces, ut in pass.* ἐτύπην, τυπήσομαι: *in media* ἐτυπόμην, τυποῦμαι. (5) *Addit (etiam) quod pag. 91. dixisset, id fieri sequente uocali. Iones autem id non obseruant: sed sequente uocali elidunt, &* ἐτύπτεσ' αὐτὸν *pro* τύπτεσιν αὐτὸν, *uerberant ipsum: &* ἔτυπτ' ἐκεῖνος, *pro* ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *uerberabat ille.*

(1) Littera ρ, propter syllabicum augmentum, geminatur. ῥίπτω, *proijcio*, ἔῤῥιπτον: & ρ posterius adspiratur, prius lenem habet spiritum: nulla siquidem syllaba desinit in adspiratam: sed, si littera geminetur, prior est tenuis, Ἀτθὶς, Σαπφὼ, Βακχὸς, *Attica, Sappho, Bacchus.*

(2) Quorum principium γν, aut γρη, non repetunt primam consonantem, γνόω, ἔγνωκα, *nosco*: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα *uigilo*.

Haec uero repetunt, μνάομαι, μέμνημαι, *memini*: κτάομαι, κέκτημαι, *possideo*: πτάομαι, πέπταμαι, *uolo, as*: πτόω, πέπτωκα, *cado*. Nam apud poetas κτ, μν, & πτ communem faciunt syllabam.

In incremento temporali quatuor α ſeruant ἄω, ἄον, *ſpiro*: ἀΐω, ἄιον, *audio*: ἀηθέσσω, ἀήθεσσον, *deſueſco*: ἀνδίζομαι, ἀνδιζόμην, *triſtor*.

Vocalem ε plurima non in η mutant, ſed (3) augent addito ι, (4) ἔχω, *habeo*: ἔπω, *dico*: (4) ἕλω, (5) ἕλκω, (6) ἑλκύω, (7) ἑλκίζω, *traho*: (8) ἕρπω, (9) ἑρπίζω, *ſerpo*: ἑστιάω, *permaneo*: (10) ἕπομαι, *ſequor*: (4) ἔρεω, *dico*: *interrogo*: (11) ἑστιάω, *conuiuium celebro*: (12) ἐάω, *ſino*. (4) ἕω, *induo ſedeo*: (13) ἐρύω, *traho*, ἔθω, *conſueſco*: (14) ἐθίζω, *conſuefacio*: (15) ἐργάζομαι, *operor*, *afficio*, *et afficior*, *colo*, & *color*: ἔχω, (16) εἶχον, non ἦχον: & ita in reliquis.

Ἔπω, εἶπον, *dixi*, εἰπὲ, *dic*, εἰπὼν, *qui dixit*, in omnibus (17) modis ſeruat augmentum. ἑστήκω, *ſto*, (18) εἱστήκειν, *ſteteram*, plus quam perfectum medium. nam perfectum ἕστηκα, ſine augmento, licet id uerius ſit actiuum ab ἵστημι, & ἕστακα dictum per α, more Dorico. ἕω, *ſedeo*, εἷμαι, *ſedi*, praeteritum paſſiuum. ἐρέω, *dico*, εἴρηκα, *dixi*, εἴρημαι, *dictus ſum*: unde εἰρέθην, &, eliſo ι, ἐρήθην, *dictus ſum*: ἔθω, *conſueſco*, (19) εἴωθα, *conſueui*, praeteritum medium per pleonaſmum ω.

Diphthongus ευ in ηυ Attice, εὔχομαι, ηὐχόμην, *oro*: εὕδω, ηὗδον, *dormio*.

Diphthongum οι haec non mutant οἰόομαι, οἰώθην, *ſolus ago*: οἰμέω, *concito*: (20) οἰνέω, οἰνίζω, *uinum uendo*: οἰστρόω, *inſanio*: οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, *auguror*: οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, *guberno*, *gubernaculum nauis rego*: οἰδαίνω, *tumeo*, *iraſcor*: οἰκουρέω, *domum cuſtodio*.

(1) Poe-

(1) Poetae tamen id non ſemper obſeruant. ῥάπτω, ἔραπτον, ſuo ſuebam, ῥίπτω, ῥέριφα, pro ἔῤῥιφα: paſſiuum ῥέριμμαι pro ἔῤῥιμμαι, pro ectus ſum: plus quam perfectum ἐρερίμμην, ἐρέριψο, ἐρέριπτο, pro ἔῤῥιπτο, deiectus erat. ῥέζω, facio, imperfectum, ἔρεζον: aoriſtus primus ἔρεξα, cum κατὰ, κατέρεξα, peregi, a futuro, ῥέξω, & tranſpoſitis litteris, ἔρξω, ἔρξεις, faciam, es: vnde in aoriſto primo ἔρξαν, fecerunt, ſine augmento: imperatiuus, ἔρξον: ſubiunctiuus ἔρξω, ἔρξῃς: infinitiuus, ἔρξαι. participium, ἔρξας, αντος. ſic in praeſenti pro ῥέζω, per metatheſim dicimus non ἔρξω (nam ρ numquam ponitur ante ζ. pag. 9.) ſed ἔρδω. ſunt enim ζ, & δ, permutabiles, quod ζ valeat δσ. (2) Nam ε in huiuſmodi locis non anceps, ſed productum ſolum cenſetur. (3) Iones idem & in quibuſdam alijs verbis obſeruant, vt ab ἐρωτάω, interrogo, imperfectum εἰρώταον εἰρώτων, ας, α, pro ἤρωτων, ἤρωτας, ἤρωτα. At Dores veteres haec, quae Auctor hic enumerat, per η efferebant, ἦχον, pro εἶχον. ἧλκον, pro εἷλκον. ἠργαόμην, pro εἰργάζομην. (4) Vi e Inueſtigationem thematis in uerbis ἔχω, Αἱρέω, Ἀγορδώ, & Ἀμφιέννυμμι. (5) Ab ἕλκω, futurum ἕλξω. perfectum εἷλχα: imperfectũ & aoriſtus ſecundus εἷλκον, εἷλκες, εἷλκε. imperfectum, & aoriſtus ſecundus med. εἱλκόμην, εἵλκου, εἵλκετο, ſine augmento ἕλκετο, Ιλιαδ. α. imperatiuus ἕλκου, & Ionice ἕλκεο. (6) Imperfectum, εἵλκυον, futurum, ἑλκύσω. perfectũ, εἵλκυσα: paſſiuum εἵλκυσμαι, εἵλκυσαι, εἵλκυσαι, aoriſtus primus, εἱλκύσθην. infinitiuus, ἑλκυσθῆναι. (7) Imperfectũ εἵλκιζον, futurum, ἑλκίσω, & Attice ἑλκιῶ. perfectum, εἵλκικα. paſſiuum, εἵλκισμαι. (8) Imperfectum εἷρπον. futu-

rum ἕρψω. aoristus primus, ἕρψα. perfectum, εἵρφα. (9) Sunt, qui scribunt, ἑρπύζω per ὑψιλὸν. imperfectum εἵρπιζον uel εἵρπυζον futurum ἑρπίσω, vel ύσω. perfectum, εἵρπικα, vel εἵρπυκα. (10) Imperfectum & aoristus secundus medius εἱπόμην. futurum medium ἕψομαι. perfectum passiuum, εἷμμαι. (11) Imperfectum εἱστίαον, εἱστίων. futurum ἑστιάσω, seruat α. pag. 189. aoristus primus, εἱστίασα, infinitiuus ἑστιᾶσαι. perfectum εἱστίακα. (12) Imperfectũ εἴαον εἴαες, εἴαε, crasi, εἴων, εἴας, εἴα, & sine augmento ἔων, ἔας, ἔα, & Ion. ἔασκε, futurum, ἔασω, aoristus primus, εἴασα. imperatiuus, ἔασον, &, Laconice interposito β. ἔβασον. perfectum, εἴακα, &, reiecto augmento, εἴακα, reperitur etiam in praesenti εἰάω, pro ἐάω. (13) Imperfectum, εἵρυον: futurum, ἐρύσω: aoristus primus, εἵρυσα: perfectum, εἵρυκα: passiuum, εἵρυμαι, plus quam perfectum, εἰρύμην, υσο, υτο: tertia pluralis, εἵρυντο, & Ionice εἰρύατο. (14) Imperfectum, εἴθιζον: futurum ἐθίσω: aoristus primus, εἴθισα, εἴθισας, εἴθισε, participium ἐθίσας, αντος, perfectum εἴθικα, participium, εἰθικὼς, ότος, assuetus: perfectum passiuum, εἴθισμαι εἴθισαι, εἴθισται: participium, εἰθισμένος: aoristus primus, εἰθίσθην, εἰθίσθης: participium, ἐθισθεὶς. dicitur & εἰθίζομαι, pro ἐθίζομαι: imperatiuum, εἰθίζου & Ionice εἰθίζεο, assuesce. (15) Imperfectum, εἰργαζόμην, εἰργάζου, εἰργάζετο: tertia plural. εἰργάζοντο: futurum medium, γάσομαι, ἐργάσῃ, & sublato σ, ἐργάῃ, unde, per crasim, ἐργᾷ, operaberis, facies, dialecto Boeotica: (sic σκεδᾶ, dissipabis, pro σκεδάσῃ, a σκεδάομαι, τὸ σκεδάννυμαι) aoristus primus medius, εἰργασάμην: optatiuus, ἐργασαίμην, ἐργάσαιο: perfectum passiuum, εἴργασμαι,

εἴργα-

εἴργασαι, εἴργασαι: *participium* εἰργασμένος: *aorist. pri.* εἰργάσθην, εἰργάσθης, εἰργάσθη. (16) *Hinc cũ* ὑπὲρ, ὑπερείχον, ες, ε, *&, mutato loco augmento* ὑπείρεχον, ὑπείρεχες, ὑπείρεχε, *praestabat, supereminebat: & tertia pluralis* ὑπείρεχον, *tenebant, superabant.* (17) *Optatiuus* εἴποιμι, εἴποις: *subiunctiuus* εἴπω, εἴπης, *&, Aeolice,* εἴπησθα: *infinitiuus,* εἴπειν. *Ab* εἶπον, εἶπες, *fit tertia Ionica* εἴπεσκε, *dixit, ex* εἶπε: *cum* ἀνὰ *fit* ἀνεῖπε, *& cum altero augmento* ἠνεῖπε, *edixit: pro quo etiam* ἀνείπαπε, *per pleonasmum syllabae* πα. (18) *Cum* κατὰ, καθειςήκειν, *constitutus eram: sic perfectum* καθέςηκα, *constitutus sum: & particip.* καθεςηκὼς, ότος, *constitutus, passiuam habet significationem.* (19) *Pro* εἰώθα *siue* εἶθα, *uerso* ει *in* η *Attice reperitur* ἦθα. (20) *His annumeratur* εἰνοποτάζω, *uinum bibo. at* οἰμώζω, *lugeo, facit* οἴμωζον *&* ᾤμωζον: *fut.* οἰμώξω, *medium,* οἰμώξομαι, οἰμώξῃ, οἰμώξεται: *aoristus primus actiuus,* ᾤμωξα, ᾤμωξας, ᾤμωξε.

(1) Compositi augetur principium, si praepositio nihil addit ad significatum: ἔπω, ἐνέπω, ἤνεπον, *dico:* εὕδω, καθεύδω, ἐκάθευδον, *dormio.*

Quaedam Attici augent initio, quorum simplicia non sunt in usu, ἀμφιζητῶ, ἠμφισβήτουν, *dubito:* ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν, *supplico.*

Alia in medio, (3) ἀπολαύω, ἀπέλαυον & ἀπήλαυον, *fruor:* (3) ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν, *aggredior:* (4) ἐγκωμιάζω, ἐνεγκωμίαζον, *celebro, laudo.* sic aliqua

(5) com-

(5) composita ex δυς, & ἀ, δυσαρεςῶ, δυσηρέσουν, *morosus sum*: δυσαπιςῶ, δυσηπίςουν, *diffido, difficulter credo*. sic (6) ἀ'ορκῶ, *sancte iuro*: (7) ἀ'εργετῶ, *beneficio afficio*. (8) ἀ'αγγελίζομαι, *nuncio, bonum nuncium affero*.

(9) Sunt, quae utrimque augentur: ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν, *turbo*: ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, *corrigo*: ἀνέχομαι, ἠνεχόμην, *patior tolero*.

(10) Apud Atticos syllabicum augmentum uertitur in temporale, ἔμελλον, ἤμελλον, *debebam*: ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram*. sic εἴδειν, ἤδειν, *noueram*, plus quam perfectum ab εἴδω, *nosco, scio*. nam ε, siue solum, siue in diphthongo, mutant in η.

Sic ἵζω, vel ἱζέω ἵζω, cum κατά, καθίζω, sedeo, & sedere facio: imperfectum, ἐκάθιζον, primae sing. tertiae plural. Ionice detracto augmento κάθιζον, sedebant: futurum καθίσω, & καθιζήσω, aoristus primus, ἐκάθισα, ἐκάθισας, ἐκάθισε: prima plur. ἐκαθίσαμεν: imperat. κάθισον: participium καθίσας: perfect. κεκάθικα. Tamen διεγγυάομαι augetur in med. διηγγυόμην, quamuis nihil aliud significet, quam simplex ἐγγυάομαι, despondeo. Sunt praeterea non pauca, quae, praecipue apud poetas, augentur initio, quamuis praepositio aliquid addat ad significatũ: ut βάλλω, iacio ἀμφιβάλλω, dubito: imperfect. ἠμφίβαλλον. Hoc loco illud monendum, Clenardum hic verba facere de augmento uerborum compositorum, quae componuntur e praepositione, vel ex δυς & ἀ, & alio verbo,

quamuis

quamuis non ſit in vſu: at, quae componuntur ex α priuatiuo, aut ex nomine, & verbo, vel quae ducuntur a nomine compoſito (quae Decompoſita appellantur) in principio incrementum ſuſcipiunt: vt ἀγνοέω ῶ, ignoro: fut. ἀγνοήσω: aor. pri. ἠγνόησα ἠγνόησας, ἠγνόησε: Homer. Ιλ. β. aduocato ι, ad ο, dixit ἠγνοίησε, ignorauit, ex ἠγνόησα: crasi. οη, in ω, fit ἤγνωσα, ας: vnde tertia Ionica ἀγνώσασκε: perf. ἠγνόηκα: paſſ. ἠγνόημαι: particip. ἠγνοημένος, fit ἀγνόεω, ex α priuatiuo, & νοέω, intelligo, eum pleonaſmo litterae γ: ex eodem νοέω, cum ἀμφὶ, fit ἀμφιγνοέω, dubito, quod etiam augetur initio, imperfectum ἠμφιγνόεον, ἠμφιγνήουν: aoriſtus primus ἠμφιγνόωσα: Ab ὁ, ἡ ἀκριβὴς, έος, diligens fit ἀκριβόω, diligenter perquiro: futurum ἀκριβώσω, aoriſtus primus ἠκρίβωσα, ας, ε: perfectum ἠκρίβωκα: paſsiuum ἠκρίβομαι: participium ἠκριβωμένος, ἠκριβωμένη, accuratus, a. Ab ὁ, ἡ ἀμελὴς, έος, negligens, piger, fit ἀμελέω, negligo. futurum ήσω, perfectum ἠμέληκα: infinitiuus ἠμεληκέναι: perfectum paſsiuum ἠμέλημαι, ησαι, ἠμέληται, neglectum eſt: participium ἠμελημένος, neglectus: hinc aduerb. ἠμελημένως, negligenter, citra curam: reperitur hoc particip. ſine augmento ἀμελημένος. Ab ὁ ἀντίδικος, ου, aduerſarius cauſſae, ſiue litis, fit ἀντιδικέω, ad cauſſam occurro, liti me offero: imperf. ἠντιδίκεον ἠντιδίκουν. ὁ, ἡ ἀσελγὴς, έος, impudicus: hinc ἀσελγαίνω, laſciuio: futur. ἀσελγανῶ, aoriſt. primus ἠσέλγηνα, ab eodem quoque fit ἀσελγέω, petulanter ago: futurum, ἀσελγήσω: perfectum ἠσέλγηκα: paſsiuum ἠσέλγημαι: participium ἠσελγημένος, η, ον: hinc τὰ ἠσελγημένα, iniuriae, & contumeliae, per petulantiam

illa-

illatae. Ab ὁ, ἡ ἀσθενὴς, εος, *infirmus, debilis, fit* ἀσθενέω, *imbecillis fio, langueo: imperfectum* ἠσθένεον, ἠσθένουν: *futurum,* ἀσθενήσω: *perfectum,* ἠσθένηκα. ὁ, ἡ ἄσιτος, ου, *ieiunus, inappetens, hinc* ἀσιτέω, *inedia premor: imperfectum,* ἠσίτουν. ὁ, καὶ ἡ ἄστατος, ου, *instabilis, hinc* ἀστατέω *instabilis sum: imperfectum,* ἠστάτουν. ὁ, ἡ ἄσχολος, ου, *negotiosus, occupatus, hinc* ἀσχολέομαι, *occupor, negotia suscipio: perfectum,* ἠσχόλημαι, ησαι, ηται: *aorist. primus* ἠσχολήτην, *tertia plur.* ἠσχολήτησαν, *operam, & studium dederunt: particip.* ἀσχολαθεὶς, έντος, *rei cupiam deditus.* ὁ ἐναντίος, ου, *contrarius, hinc* ἐναντιόομαι οῦμαι, *aduerso: imperfectum,* ἠναντιοόμην, όου, όετο, *crasi* ἠναντιούμην, ἠναντίου, ἠναντιοῦτο: *perfectum,* ἠναντίωμαι, ωσαι, ωται: *aoristus primus,* ἠναντιώθην, ης, η: *hinc infinitiuus,* ἐναντιωθῆναι, *& participium,* ἐναντιωθεὶς, έντος. τὸ καινουργὸν, οῦ, *recens factum, unde* καινουργέω, *nouum aliquid molior, aut designo: imperfectum,* ἐκαινήργουν. ὁ καλλιγράφος, ου, *lepidus scriptor, unde* καλλιγραφέω *pulchre scribo et elegāter: imperfectū,* ἐκαλλιγράφουν. *sic ab* ὁ, ἡ καλλιεπὴς, έος, *elegans, & splendidus in verbis, fit* καλλιεπέω, *ornate, & elegāter dico: futurum,* ήσω: *perfectum,* κεκαλλιέπηκα: *passiuum,* ημαι: *participium,* κεκαλλιεπημένος, *ornatus, dissertus: unde aduerb.* κεκαλλιεπημένος, *disserte, & ornate. sic etiam* καλλιερέω, *numine propitio utor, sacro facio, futurum,* ήσω: *aoristus primus,* ἐκαλλιέρησα, ας, ε: *imperfectū passiuum,* ἐκαλλιερεόμην ἐκαλλιερέου ἐκαλλιερέετο, *crasi* ἐκαλλιερεῖτο. ὁ παιδαγωγὸς οῦ, *paedagogus, custos, & institutor pueri, unde* παιδαγωγέω, *pueros sequor, id est, sum paedagogus, erudio: futurum,* παιδαγωγήσω,

γήσω, perfectum, πεπαιδαγώγηκα: passiuum, πεπαιδαγώγημαι: πεπαιδαγώγησαι, πεπαιδαγώγηται. ὁ πανοῦργος, ου astutus, qui omnibus in rebus uersatus est: ab hoc πανουργέω, callide ago, scelestus sum, & astutus: futurum, πανουργήσω: perfectum, πεπανούργηκα πεπανούργηκας: participiũ, ὁ πεπανουργηκὼς ότο, τῷ πεπανουργηκότι. ὁ πολλαπλάσιος, ου, multiplex a quo πολλαπλασιάζω, multiplico, imperfectum. ἐπολλαπλασίαζον. ὁ, καὶ ἡ φιλόσοφος, ου, philosophus, sapientiae studiosus, hinc φιλοσοφέω, philosophiae studio indulgeo: futurum, ήσω: perfectum, πεφιλοσόφηκα: passiuum, πεφιλοσόφημαι, πεφιλοσόφησαι: imperatiuus, πεφιλοσόφησο, πεφιλοσοφήσθω, disputatum sit. φιλότιμος, ου, ambitiosus, ab hoc φιλοτιμέω, ambitiose quippiam conor: futurum, ήσω: perfectum, πεφιλοτίμηκα: passiuum, ημαι, ησαι, ηται: aoristus primus, ἐφιλοτιμήθην, ης: prima pluralis, ἐφιλοτιμήθημεν εἰς ὑμᾶς, in uos contulimus. ο, ἡ χειραγωγὸς. οῦ, qui manu ducit, unde χειραγωγέω, manu duco: imperfectum, ἐχειραγώγουν. Haec tam multa exempla in medium attulimus, ut ex his discant pueri similia formare, atque ut in thematis inuestigatione esse possint multo promptiores. Idem & in sequentibus factitabimus, iis qui in hac exercitatione tirones sunt obsecuti, qui a nobis efflagitarunt, ut sibi hac in re operam daremus. (2) Huius futurum, ἀπολαύσω: aoristus primus, ἀπέλαυσα, ἀπέλαυσας ἀπέλαυσε, tertia plural. ἀπέλαυσαν: dicitur & ἀπήλαυσα, ut ἀπήλαυον, e Attice augmento syllabico ε in temporale η mutato: perfectum, ἀπολέλαυκα: infinitiuus, ἀπολελαυκέναι. (3) Futurum, ἐπιχειρήσω: aoristus primus, ἐπεχείρησα: perfectum, ἐπικεχεί-

κεχείρηκα: passiuum, ημαι, ησαι, ηται: aoristus primus, ἐπεχειρήθην, ης, η: participium, ἐπιχειρηθεὶς, εῖσα, έν. (4) Futurum ἐγκωμιάσω: perfectum ἐγκεκωμίακα: passiuum, ασμαι, ασαι, αϛαι: aoristus primus ἐνεκωμιάσθην: participium ἐγκωμιασθεὶς, έντος, laudatus. sunt, qui scribũt imperfectum ἐνεγκωμίαζον, pro ἐνεκωμίαζον, per pleonasmum litterae γ. (5) Sic δυσφημέω, maledico, impie, et irreligiose loquor: futurum, δυσφημήσω: aoristus primus, ἐδυσφήμησα, ἐδυσφήμησας, ἐδυσφήμησε. At δυσχεραίνω, indignor, grauiter, & aegre fero, augetur initio: imperfectum, ἐδυσχέραινον, ες, ε: futurum, δυσχερανῶ: aoristus primus, ἐδυσχέρανα: & in optat. Aeolico δυσχεράνεια, ας, ε: atque in subiunct. δυσχεράνω, μὴ δυσχεράνητε, ne grauiter feratis. (6) Imperfectum, εὐώρκεον εὐώρκουν. huic opponitur ἐπιορκέω ῶ, peiero, falso, deiero per: quod etiam in medio augetur: fut. ἐπιωρκήσω: perf. ἐπιώρκηκα. (7) Futurum εὐεργετήσω: pri. εὐηργέτησα. reperitur tamen perfectum sine augmento, εὐεργέτηκα, ας, ε, passiuum, εὐεργέτημαι: participium, εὐεργετημένος, beneficijs affectus. (8) Imperfectum, εὐηγγελιζόμην: futurum med. εὐαγγελίσομαι, & Attice, εὐαγγελιοῦμαι: part. εὐαγγελιούμενος, nunciaturus: forma fut. secund. sic actiuum, εὐαγγελίζω: fut. εὐαγγελίσω, & Attice εὐαγγελιῶ: aor. pri. εὐηγγέλισα, εὐηγγέλισας, εὐηγγέλισε. med. εὐηγγελισάμην εὐηγγελίσο, εὐηγγελίσατο: perf. pass. εὐηγγέλισμαι ισαι, ισαι: part. εὐηγγελισμένος: aorist. prim. εὐηγγελίσθην: imperf. εὐαγγελίσθητι, εὐαγγελισθήτω. dicitur & εὐαγγέλλω: aor. sec. εὐήγγελον, pass. εὐηγγέλην, nunciatus sum, id est, mihi bonus nuncius allatus est. (9) His adde

ex Budaeo, ἀπενεόω, *obstupeo : futu.* ώσω*: aorist. pri. pass.*
ἀπηνεώθην, *obstupui.* ἀποδιοπομπέομαι, *auerto:* ἀπολογέο-
μαι, *rationem reddo, pro me respondeo :* ἀφηνιάζω, *com-
mordeo frenum, frenum non admitto,* ἐμβατεύω, *incedo :*
ἐνδοιάζω, *dubito :* ἐπιπολάζω, *fluito :* εὐεργέω, *beneficium
colloco ·* κάθημαι, *sedeo. interdum tamen augetur etiam
initio, vnde* ἐκάθηντο *vel* καθῆντο, *sedebant :* παρανομέω,
violo, inique, & contra leges ago : προπηλακίζω, *vitupe-
ro :* προφασίζομαι, *capio occasionem, praetexto : imperf.*
προεφασιζόμην, *& crasi* προὐφασιζόμην. *verum de huius-
modi contractione plura circa finem Annotat. in verb.*
καταγλωττίζω, *suauior : item conuictior: huius part. perf.
pas. est* κατιγλωττισμένος, *pro* καταγεγλωττισμένος. *non
enim repetitur prima consona them. simpl. quamuis* ε *sit
anceps. Multa alia, quae hic nō enumerauimus, hoc, aut
illo modo facientia, recensentur a Clenardo in Inuest.
them. in verbo* ἁλίσκομαι, *& illius composito* ἀναλίσκω.
*Ceterum haec augmenti varietas Attic. non solum ha-
bet locum in compositis, quorum simplicia non sunt in vsu,
sed etiam aliquando in ys, quorum simplicia sunt usitatiss.
vt* ποιέομαι, *facio : compositum,* παιδοποιέομαι, *id est, fi-
lios procreo, augetur initio,* πεπαιδοποίημαι, *quod com-
ponatur ex nomine* παῖς, παιδὸς, *puer, filius. Ab* ἵημι, *mit-
to, compositum* ἀφίημι, *dimitto, nunc augetur initio,* ἠφίει
dimittebat (imperf. tamquam ab ἀφιέω*) nunc in med.*
ἀφεῖμαι, *dimissus sum, perfect. pass. nunc vtrimque,* ἠφεί-
θη, *dimissus est, aor. pri. pass. pro* ἀφέθη. *Verum hu-
iusmodi varietas raro inuenitur in compositis e praepo-
sitionibus, & verbis simplicibus vsitatis. nam haec fere*

ſemper augentur in med. (10) *Poetae vero nõnumquam augmentum ſyllabicum cauſſa metri poſitione producũt, geminata uidelicet conſona ſequente, vel aſſumpta externa conſonante; ut a* λήγω, *ceſſo: futur. aor. pri.* ἔληξα, *&* *geminato* λ, ἔλληξα. *a* δυπέω, *ſtrepo, aoriſt.* ἐδούπησα, *&* *poetice* ἐγδούπησα, *aduocato externo* γ.

Perfecto Attici paenultimam ε diſyllabi primae, & ſecundae coniugationis uertunt in ο, πέμπω, *mitto,* πέπεμφα communiter, πέπομφα Attice: βρέχω, βέβρεχα, βέβροχα, *irrigo.*

Verbum μένω (1) facit μεμένηκα, tamquam a μενέω, *maneo.*

(2) Attici inchoatum ab ε ο, & α & breui, praeterito communi praefigunt duas priores litteras praeſentis. ἐρίζω, *cõtẽdo,* ἤρικα, ἐρήρικα, paſſiuum ἐρήρισμαι: ὄλλω, *perdo,* ὦλα, ὄλωλα, praeteritum medium eſt: ἀγείρω, *congrego,* ἤγερκα, ἀγήγερκα, (3) ἀγήγερμαι.

(4) Corripitur autem praeteriti Attici tertia ſyllaba, ſi trium ſyllabarum numerum exceſſerit: hoc modo, uertitur η in ε, ω in ο, ει & ᾳ abiiciunt ε, οι, & ι ſubiunctiuam: ἀλήθω, ἤληκα, (5) ἀλήλεκα, *molo:* ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, *interrogo:* ἀλείφω, (6) ἤλειφα, ἀλήλιφα, *ungo:* ᾄδω, ᾖδα, (7) ἐλήλυθα, *venio:* ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, *paro:* ἀκούω, ἤκοα, ἀκήκοα, *audio.*

At ἐρείδω, *firmo, haereo,* (8) ἤρεικα, ἐρήρεικα, (9) ἐρήρεισμαι, ἐρήρειδα, ut differat ab ἐρήρικα uerbi ἐρίζω, *contendo.*

Verbum

Verbum ἔδω, *edo*, ἦκα, ἔδηκα, & interiecta sylla-ba, δο, ἐδήδοκα: passiuum ἐδήδομαι: sic ἄγω, *duco*, assumit γο, ἦχα, ἄγυχα, ἀγήγοκα: sed euphonia tollit γ, (10) ἀγήχοα.

Incoeptis ab ο, uel ω praeteritum Atticum praefigit ε, ὁράω, *uideo*, ὥρακα, ἑώρακα: οἴγω, *aperio*, ᾧγα, (11) ἔωγα, unde fit (12) ἀνέωγα, *aperui, seu apertus sum*: ὤθω, *impello*, ὦσμαι, ἔωσμαι: ὠνέομαι, *emo*, ὤνημαι, ἑώνημαι. Idem fit in praeterito imperfecto, ἑώρων, *uidebam*: (13) ἑωνούμην, *emebam*, (14) & consimilibus.

Sic εἴκω, *assimilo, conueniens sum*: medium praeteritum facit οἶκα, unde (15) ἔοικα, *similis sum, congruo*. Accidit hoc & in aoristis aliorum quoque uerborum, ἧκα, ἕηκα, *misi*: unde ξυνέηκα, *commisi: item, intellexi*: εἶπα, (16) ἔειπα, *dixi*: προσέειπα, *allocutus sum*: ὠσάμην, ἐώσαμην, *impuli*: sed huiusmodi magis poetarum sunt.

(17) Ceterum ε augmentum Atticum, spiritum sortitur praesentis, ὁράω, ὥρακα, ἑώρακα, *uidi*: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἑώνημαι, *emi*.

Attici praeterea pro incremento λε, & με, ponunt ει diphthongum: λήβω *sumo*, λέληφα, εἴληφα: μείρομαι, *sortior*, μέμαρμαι, (18) εἵμαρμαι.

(1) *Futurum tamē μενῶ regulare est, et aoristus primus* ἔμεινα: *participium* μείνας, αὐτος. (2) *Huiusmodi*

reduplicatio non ſolum habet locum in praeteritis, ſed etiam interdum in praeſentibus, praecipue uerborum in μι. *(3) Hinc tertia pluralis Ionica,* ἀγηγέραται, *congregati ſunt: Dorice vero nonnumquam manet longa: at, quae ſola poſitione producitur, ne Attice quidem, aut communiter corripitur, vt patet ex* ἀγήγερκα. *(5) Paſſiuum,* ἀλήλεσμαι: *participium,* ἀληλεσμένος, *molitus. (6) Paſſiuum,* ἤλειμμαι, *Attice,* ἀλήλιμμαι, ἀλήληψαι, ἀλήλιπται, *non* ἤλειπται: *participium,* ἀληλιμμένος: *aoriſt. ſecund. eſt* ἤλιφον. *(7) Et poetice* εἰλήλυθα, *veni, vbi* ε, *producitur, aduocato* ι, *& tertia ſyllaba Dorice manet longa: prima plur.* εἰληλύθαμεν, *& ſyncope* εἰλήλυθμεν. *(8) Hinc participium* ἠρηκὼς, ότος, *qui haeſit. (9) A tertia ſingul.* ἐρήρεισαι, *fit tertia plural. Ionica* ἐρηρέδαται, *uixi ſunt. plus quam perfect. ſumit aliud incrementum* ἠρηρείσμην, *inhaeſeram. (10) Boeotice,* ἀγείοχα, η *in* ει *mutato. (11) Praeteritum eſt medium: participium,* ὁ ἐωγὼς, ἡ ἑωγυῖα, *apertus, aperta. (12) Et rurſus aucta praepoſitione,* ἠνέωγα. *(13) Tertia plural.* ἐωνέοντο, ἐωνοῦντο, *emebant, ab* ὠνέομαι. *(14) Vt ab* οἰνοχοέω ῶ, *vinum fundo, imperfect.* ᾠνοχόουν, ᾠνοχόεις, ᾠνοχόει, *&* ἐῳνοχόει. Ιλ. γ. *Ceterum his, quae hoc loco a Clenardo recenſentur, non vtuntur doctores, qui proſa oratione ſcripſerunt, niſi cum appoſitione huius augmenti* ε. *at poetae illud non raro detrahunt: vnde* ὥρα *pro* ἑώρα, *intuebatur, tertia imperfecti ab* ὁράω. *ſic ab* οἴγω, οἴξω: *aor. pri.* ᾦξα, *pro* ἔωξα, *& ſoluta diphthongo* ὤϊξα, ὤϊξας, ὤϊξε: *perfect.* ᾦχα, *paſſ.* ᾦγμαι: *plus quam perſ.* ᾤγμην, ᾦξο, ᾦκτο: *vnde tertia plur. Ionica* ᾤχατο, *cum* ἐπὶ, ἐπῴχατο, *incluſi erant. (15) Atque*

hinc

σαι ἴσταται, *&c. pro* ἴσασαι, ἴσαται, *scis, scit. Pro secunda*
persona ἴσασαι, *dicitur etiam* ἴσῃ, *sic compositum* ἐπίστῃ
pro ἐπίστασαι. (8) *Coincidit cum futuro medio verbi* ἐφί
στημι, *quod cōponitur ex* ἐπὶ, *et* ἵστημι: *huius futurum acti-*
uum στήσω, *medium* στήσομαι, *compositum* ἐπιστήσομαι, ἐπι-
στήσῃ, *supersistam, es : vel sciam, scies.*

Φημὶ, dico, a φάω. S. (1) φημὶ φῂς, per ῃ diphthon-
gum, φησί. D. φατὸν φατὸν P. φαμὲν φατὲ, (2) φασί, acu
ta ultima, (3) licet participium sit φὰς, φάντος, τοῖς φᾶ
σι, per ᾶ circumflexum.

Imperfectum (4) ἔφην, ut ἵστην. Aoristus primus
ἔφησα, ex futuro (5) φήσω. Aoristus secundus (4)
ἔφην, in singulari similis est imperfecto : quod fit,
quoties non est reduplicatio, τλῆμι ἔτλην, *tolero* : γνῶ
μι ἔγνων, *nosco*. In duali autem ἔφητον, ἐφήτην : & plu-
rali, ἔφημεν, ἔφητε. (6) ἔφησαν : seruatur longa paenul
tima, quam imperfectum corripit, ἔφατον, ἐφάτην :
ἔφαμεν, ἔφατε, (6) ἔφασαν.

Infinitiuus (7) φάναι, acutum ά, ut ἱϛάναι. nam φᾶναι, *apparuisse*, per ᾶ circumflexum, est aoristus primus a φαίνω, *appareo*.

Medius aoristus secundus, (8) ἐφάμην, ἔφασο.

Dorice φαμὶ, φῂς, φασί. φῇς, *accentu acuto, & per* ῃ *diphthongum, ut differat, a* φῆς *pro* ἔφης, *aoristi secundi,* (2) *Dorice* φαντί. (3) *Vide pag.* 188. (4) *Et sine augmēto* φῆν, φῆς, φῆ, *&, per aphaeresim,* ἦν, ἦς, ἦ. *sic in praesenti* ἠμί, ῄς, ἠσὶ *&* ἠτί, *pro* φημὶ, φῄς, φησί. (5) *Dorice* φασῶ, φασεῖς, φασεῖ. (6) *Et syncope* ἔφαν, *& rursus reiecto augmento* φὰν, *dicebant, vel dixerunt.* (7) φάναι *praesentis est temporis, in aoristo secundo dicimus* φῆναι, *dixisse. est etiam Attice* φῆναι, *apparuisse, pro* φᾶναι. (8) *Hinc infinitiuus* φάσθαι, *dixisse: participium* φάμενος, *cum* παρὰ, παραφάμενος, *& poetice* παρφάμενος, *male suadens*.

Ἵϛη, ἵϛαθι, *siste*: quandoque imperatiuus uerborum in μι fit a tertia imperfecti, ἐπίμπλη, *implebat*. (1) πίμπλῃ, *imple*.

τέθνημι, *morior*, reduplicatur per ε, more Ionico, a θνάω, τέθνημι: tertia pluralis τεθνᾶσι, ut ἱϛᾶσι.

Imperatiuns, est τέθναθι. Optatiu. τεθναίην. Infinit. τεθνάναι. Sic τέτλημι, *tolero*: (2) τέτλαθι, *tolera*: τετλαίην, *tolerarem*. quod & τλῆμι, a τλάω.

ἵϛημι

ἵστημι quoque per ε reduplicatum, (3) unde ἕσταμεν, ἑστᾶσι: & optatiuus ἑσταίην, ἀφεσταίην, *desisterem*. Infinitiuus, ἑστάναι, (4) ἀφεστάναι, *desistere*, *insistere*, paenultima per acutum.

(1) Absque μ. πίπλη: dicimus enim πίπλημι *et* πιπλημι. *hinc cum* ἐν, ἐμπίπλη, *imple, pro* ἐμπίπλαθι. *sic a* δαίνυμι, *conuiuium praebeo, imperfectum* ἐδαίνυν, ἐδαίνυς, ἐδαίνυ. *unde* δαίνυ, *pro* δαίνυθι. *(2) Et apocope* τέτλα. *huius infinit.* τετλάναι, *Dorice* τετλάμεναι, *& Ionice* τέτλαμεν. *Aoristus secundus* ἔτλην, *a futuro* τλήσω. *impera.* τλῆθι, *& Dorice* τλᾶθι. *optatiuus* τλαίην. *infinitiuus* τλῆναι. *participium* τλάς, τλάντος. *(3) Sic in tertia plurali imperfecti* ἕστασαν *pro* ἵστασαν, *stabant, sistebant: imperatiuus,* ἕσταθι. *stat: in plurali,* ἕστατε, *state. (4) Dorice* ἑστάμεναι *& Ionic.* ἑστάμεν, *cum* ἀπὸ, ἀφεστάμεν, *desistere,* Ὀδυσ. α.

INVESTIGATIO THEMATIS

VLtra imperfectum non coniugantur finita in (2) άνω. (3) είνω, (4) είω (5) άθω, έθω, ύθω, (6) ξυ, (7) σκω, χθω, λδω, νδω: & alia item plurima uel hoc, uel illo tempore carent. Sed, quia uariant crebro eiusdem uerbi themata, ut κύω, κυέω, *concipio*: (8) ὄιομαι, οἴομαι, *puto*. (1) θνήσκω, θείνω, θνέω, τέθνημι, *morior*: aut a diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, ut (8) φέρω, οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω,

fero:

fero:ideo huiusmodi tempora referemus ad thema proprium licet inusitatum, unde regulariter deduci queant. φέρω in usu habetur, non tria reliqua, tamen futurum οἴσω, ab οἴω. Aoristi ἤνεγκα & ἤνεγκον, ab ἐνέγκω. Praeteritum medium Atticum ἐνήνοχα, ab ἐνέχω. & ita in ceteris. quae uero themata uersentur in usu, docebit lectio.

(1) *Rarum apud Graecos uerbum est, quod omnibus suis temporibus absolutum non indigeat aliquo tempore ab alio themate mutando.* (2) *Unde uero finita in άνω mutuentur tempora, uidebis in sequentibus in uerbo* αἰσθάνομαι, *& in* λαγχάνω. (3) *Hoc quidem uerum est in hyperdisyllabis in* είνω, *ut* φαείνω, *luceo, quae deriuata sunt, & poetica. at disyllaborum, quae septem tantum apud Graecos inueniuntur, tria quidem* βείνω, *inum infero:* εἴνω, *tego: &* σείνομαι, *laedo, ultra imperfectum non coniugantur: reliqua uero quattuor,* θείνω, *percutio:* κτείνω, *occido:* στείνω, *arto:* τείνω, *tendo, formant: futurum in* ενῶ, *aoristum primum in* εινα, *secundum in* ανον: *& praeteritum in* ακα, *passiuum in* αμαι, *medium in* ονα. *ut a* κτείνω, *futurum* κτενῶ, *occidam: aoristus primus* ἔκτεινα: *secundus* ἔκτανον: *futurum secundum* κτανῶ, *medium* κλανοῦμαι: *infinitiuus* κτανεῖσθαι, *& dialysi* κτανέεσθαι. *perfectum* ἔκτακα, *poetice* ἔγταγκα: *passiuum* ἔκταμαι, ἔκτασαι, ἔκταται: *&* ἔκταμμαι, ἔκτανσαι, ἔκτανται: *infinitiuus* ἐκτάνκαι: *participium* ἐκταμμένος, *interemptus: aoristus primus* ἐκτάθην, *&* ἐκτάνθην: *ab* ἔκταθην, *tertia pluralis* ἐκτάθησαν, *& Boeotice* ἔκταθεν, *occisi sunt. perfectum medium,*

ἔκτο-

ἔκτονα, pro quo, ſublato τ, & praepoſito κ, poetae uſurpant κέκονα, occidi: plus quam perfectum ἐκτάμην, ἔκτασο, ἔκτατο. Sic a τείνω futurum τενῶ: aoriſtus primus, ἔτεινα: perfectum, τέτακα: paſſiuum, τέταμαι, τέτασαι, τέταται: tertia pluralis, τέτανται. aoriſtus primus, ἐτάθην: perfectum medium, τέτονα, unde τόνος, tonus, concentus, contentio. (4) Verba in είω fere omnia ducuntur uel a praeſenti, uel a futuro aliorum uerborum: de quibus uide in uerbo γαμέω: atque haec quidem, ultra imperfectum, non coniugantur, ſed ſua tempora a primitiuis mutuantur. quae autem, ab alijs uerbis non deriuantur, ea in alijs quoque temporibus coniugantur, ut κλείω, laudo, μ. κλείσω, π. κέκλεικα: ſic σείω, quatio, μ. σείσω, π. σέσεικα. (5) Finita in άθω, έθω, ύθω, deriuata ſunt omnia. a ſuis igitur primitiuis tempora mutuantur. Finita in άθω, ducuntur a uerbis barytonis, quae paenultimam habent longam, ut ἀμυνάθω, ab ἀμύνω, opem fero, ſuccurro: διωκάθω a διώκω, accuſo: εἰργάθω ab εἴργω, prohibeo: κιάθω a κίω, uado, accedo. Finita in έθω, ducuntur ab ijs, quorum paenultima eſt breuis, ut νεμέθω a νέμω, paſco, depaſcor: σχέθω a σχέω, detineo, teneo, habeo: imperatiuus σχέτε, habe: φλεγέθω a φλέγω, comburo: ἠγερέθω, congrego, & ἠερέθω, uolito, tollo, ab ἀγείρω & ἀείρω, ſed, detracto ι, corripitur prius paenultima, atque α mutatur in η. Finita in ύθω fiunt a uerbis ſextae in ύω, interpoſito θ ut μινύθω a μινύω, minuo: φθινύθω a φθινύω, corrumpo. (6) Finita in ξω barytona, facta ſunt Attice a circumflexis. Vide hunc tractatũ in uerbo αὔξω. Idẽ iudicato de finitis in ψω, ac breuiter de omnibus barytonis, quae a circũflexis

facta

facta sunt, de quibus in locis citatis. ea enim ultra imperfect. non coniugātur: sed sumunt alia tempora a circumflexis, unde ducta sunt. (7) De finitis in σω uide in uerbo ἀρέσκω.

APPENDIX. DE. QVIBVSDAM alijs uerbis, quae ultra imperfectum non coniugantur.

A Clenardo enumeratis adde finita in έβω, μβω, ρβω, γω, άω, desideratiua, ut μαθητιτάω, ῶ, discere cupio: λω, per simplex λ, atque polysyllaba in ύω, quae formant ex se uerba in μι: de quibus uide in uerbis ἄγνυμι, ἀμφιέννυμι, δεικνύω, ὀμνύω, ῥηγνύω, ῥωννύω σβεννύω. Adde quoque uerba quinctae coniugationis, habentia primam syllabam ex reduplicatione desinentem in liquidam, ut μαρμαίρω, rutilo: atque alia quaecumque reduplicationem habent, de quibus in uerbo τιτρώσκω & quae ante ω habent mutam cum liquida, ut δάκνω, mordeo: de quo suo loco. & quae a futuro fiunt grauitona: de quibus in uerbo ἄγω. & quae fiunt a praeteritis, ut φρίττω, horreo, π. πέφρικα, unde πεφρίκω, εις, ει, horresco. de his uidebis nonnihil in uerbo ἐκέκραξα, et quae per pleonasmum sunt facta, praecipue quae mutarūt ε in ι, ut τέκω, τίκτω, pario. haec uero sumunt tempora a primitiuis, ut τίκτω a τέκω, μ. τέξω, &c. & complura in ίνω: de quibus in uerbo φθίνω. (8) Vide in uerbis οἴομαι, θνήσκω, φέρω.

(1) Ἄγω, *duco*, Futurum ἄξω. Praeteritum (2) ἦ-

χα.

χα,&(3) Attice ἄγηχα, pleonaſmo ἀγήοχα. Aoriſtus ſecundus, ἦγον &, (4) pleonaſmo ſyllabae γα, ἤγαγον: unde (5) ἄγαγε, ἀγάγοιμι, ἐὰν ἀγάγω, ἀγαγεῖν. Participium (6) ἀγαγών. Imperatiuus autem, ἄξε, ἄξετε, *duc, ducite*: praeſentis eſt temporis. (7) Nam quorundam futura pro praeſenti uſurpantur, ut ab ἄγω, *duco*: γύω, *ingredior*: οἴω, *fero*: ὄρω, *attollo, concito*, futura, ἄξω, δύσω, οἴσω, & ὄρσω. (8) Aeolice pro ὀρῶ, (9) & uſque ad imperfectum ſolum coniugantur. itaque δυσω, imperfectum, ἔδυσον, imperfectum medium (10) ἐδυσόμην. οἴσω, imperfectum (11) οἶσον. Imperatiuus, οἶσε. οἰσέτω. ὄρσω, paſſiuum, ὄρσομαι: Imperfectum, (12) ὠρσόμην, ὤρσου, & (13) Ionice ὤρσεο: & imperatiuus ὄρσεο. Sic ἄξω. Imperatiuus, ἄξε, ἀξέτο.

(1) *Ab ἄγω imperf. & aoriſt. ſec.* ἦγον, (*Dorice* ἆγον: *cum* διά, διᾶγον, ες, ε, *degi, iſti, it.*) ἦγες: *hinc tertia perſona Ionice* ἄγεσκε, *ducebat. praeſens imperat.* ἄγε, *& poetice* ἄγες, *age: infinitiuus* ἄγειν, *Ionice* ἀγέμεν, *Dorice* ἀγεν. *praeſ. paſſ.* ἄγομαι: *imperatiuus* ἄγȣ, *Ionice*, ἄγεο, *duc, participium* ἀγόμενος, *pro quo inuenitur* ἀγεόμενος *pleonaſmo* τοῦ ε: οἱ ἀγεόμενοι, *qui ducuntur*, *& admirantes.* (2) *paſſiuum* ἦγμαι, ξαι, κται, *actus ſum: participium* ἠγμένος, *actus: aoriſt. pri.* ἤχθην: *participium* ὁ ἀχθεὶς, έντος: ἡ ἀχθεῖσα, είσης. (3) *Vide ſupra.* (4) *Medius,* ἠγαγόμην. *ſic ab* ἄχω, *maerore afficio, aoriſtus ſecundus* ἦχον, *&, pleonaſmo ſyllabae* κα, ἤκαχον. (5) *Et apud poetas, Syracuſano more,* ἄγαγον, *duo.* (6) *Pro* ἀγαγὼν *inuenitur Ionice* ἀγάγας, *qui duxit.* (7) *Sic a* βῆμι, εο, μ. βήσω. *unde*

prae-

praesens, βήσω: passiuum, βήσομαι Imperfectum, ἐβησόμην, ἐβήσου, ἐβήσετο. compositum ex ἀπὸ, ἀπεβήσετο, abijt. Ιλιαδ. α. *Item δοιάζω, uel δοάζω, delibero, μ. δοάσω, praesens, δοάσω: passiuum δοάσομαι: imperfectum, ἐδοασόμην, ἐδοάσου ἐδοάσετο: & poetice δοάσσετο, reiecto augmento, & geminato σ. λέγω, dico, futurum λέξω, unde praesens passiuum, λέξομαι: imperatiuus, λέξου, & Ion. λέξεο τείρω, infesto, exhaurio: futurum τερῶ, Aeolice τέρσω: unde praesens pass. τέρσομαι: imperfectum ἐτερσόμην, ου, ετο, detracto augmento τέρσετο, siccabatur. lege scholion sequens. (8) Nam Aeoles futurum primum quincta coniugationis uerborum in* ρω *per* σω *efferunt, seruata praesentis characteristica, & retracto accentu. Ab* ὀρῶ, μ. ὀρῶ, π. ὦρκα, *passiuum* ὤρμαι, *plus quam perfectum,* ὤρμην, ὦρσο, ὦρτο, *cum* ἐν, ἐνῶρτο, *irruerat. (9) Dicimus tamen in aoristo primo,* ὦρσα, *concitaui: non quidem a praesenti* ὄρσω, *sed habentes rationem futuri Aeolici* ὄρσω. *(10) Tertia persona* ἐδύσετο, *sublato augmento* δύσετο: *& rursus, poetice, geminato* σ, δύσσετο, *subibat. (11) Pro* ὦσον: *nam augmento destituitur. Inuenitur quoque haec uox in aoristo primo imperatiui,* οἶσον, οἰσάτω, *fer, ferat. (12) Et imperfectum actiuum* ὦρσον, ὦρσες, ὦρσε, *concitabam, as, at. (13) Vide supra.*

Ἄγνυμι, *frango.* Praeteritum medium, ἦγα, sumit ab ἄγω, & (1) ἔαγα pro ἦγα, (2) solutione η in εα. Aoristus primus (3) ἦξα, & ἔαξα. Aoristus secundus pass. ἤγην & ἐάγην. (4) Sic in composito, κατέαγα, *fractus sum:* κατέαξα, *fregi:* κατεάγην, *fractus sum.*

De-

Desinentium in γνύω, aut γνύμι tempora formabis a finitis in γω, ἄγνυμι tamquam ἄγω: sic (5) ζεύγνυμι, *iungo:* (6) μιγνύω, *misceo:* (7) μοργνύω, *abstergo:* (8) πηγνύω, *figo:* (9) ῥηγνύω, *rumpo.*

Ἅδω, *placeo.* Praeteritum medium, ἧδα, (10) & solutione ἔαδα. Participium, ἑαδὼς, (11) ut ἐάγην, pro ἤγην, *fractus sum.* (12) ἑάλων, pro ἥλων, *captus sum,* & similia.

(1) *Hinc participium* ἐαγὼς, *cum* κατὰ, κατεαγὼς, *fractus.* (2) *Nam poetae unicam uocalem longam, aut diphthongum, in duas breues resoluunt, praecipuae in augmento. sic* ἄτω, *noceo, laedo: aoristus primus,* ἆσα *per* α *longum Dorice, pro* ἦσα, *et solutione* α *longi in duplex breue,* ἄασα: *in aoristo primo medio,* ἀασάμην, *iacturam feci: in passiuo* ἀάσθην, *laesus sum. sunt, qui interpretentur, siccatus sum, ab* ἄζω, *sicco: tamen eadem semper erit ratio solutionis. pro* ἀάσθην, *remoto augmento, poetae dicunt* ἄσθην, ἄσθης, ἄσθη. *In eodem aoristo* ἀάθην *pro* ἤθην, *deceptus fui, ab* ἄω *siue* ἄημι, *ut* ἐστάθην, *ab* ἵστημι. ἑάνδανον, ες, ε, *&* ἑήνδανον, ες, ε *pro* ἥνδανον, ες, ε, *placebam, as, at, imperfectum ab* ἁνδάνω. ἑέφθην, *accensus sum: item coniunctus sum.* ἑάφθη *coniunctum est, pro* ἥφθην, ἥφθη, *aoristus primus passiuus uerbi* ἅπτω, *accendo, contrecto.* ἔα, *eram, Ionice pro* ἦν, *reiecto* ν, *ab* εἰμί. ἕαται, *sedent, quod &* ἕαται *Ionice, pro* ἧνται, *ab* ἧμαι. ἔερτο, *cōclusum erat, plus quā perfectum passiuū, pro* εἶρτο, *ab* εἴρω: *sic & perfectum passiuū* ἔερμαι, *pro* εἶρμαι, *unde participiū* ἐερμένος, *saeptus angu-*

angustatus. sunt, dicta qui putent per syncopen pro ἔεργμαι, et ἐεργμένος, ab ἐέργω, sine augmento: uel ab εἴργω, dissoluta diphthongo ει in εε. Pro ἔερμαι, uerso ρ in λ, dicitur ἔελμαι. unde in prima plur. ἐέλμεθα, clausi sumus, & participium ἐελμένος: τὸ ἐελμενὸν, conclusum. sunt & alia, in quibus ει dissoluitur in εε: ut εἴλω, perfectum passiuum ἔελμαι, obuolutus sum, pro εἶλμαι. εἰργάθω, εἴργαθον, ἐέργαθον, separabam. ἔεσο, indutus erat, plus quam perfectum passiuum pro εἷσο, ab ἕω, quod augetur per ει. hinc & in aoristo primo medio ἐεσσάμην, indui, pro εἰσάμην, Aeolice σ geminatum est. His similia, & quaedam alia, apud poetas inuenies. (3) Hinc imperat. ἆξον frange: optatiuus, ἄξαιμι, ἄξαις, fregerim, is: cum κατὰ, κατάξαις, pro qua Hesiodus dixit καυάξαις, sublato τ, & adiecto υ Aeolice, ut in ἀυὴρ pro ἀὴρ, aer, sic in infinitiuo ἆξαι, κατάξαι, καυάξαι, fregisti. sunt, qui referant καυάξαις, & καυάξαι, ad καυάζω, μ. άξω, contero, frango. (4) Sic etiam συυέαξα, Attice ξυυέαξα, confregi. Notandum aor. secundum κατεάγην, seruare εα in reliquis modis: unde in tertia plural. subiunctiui, καἶεαγῶσι, pro καταγῶσι. frangerentur. inuenitur etiam cap. 12. Euangel. Matth. futurum κατεάξει, confringet, pro κατάξει. nam simplicis ἄγνυμι, futurum est ἄξω, εις, ει. perfectum ἦχα, ἔαχα: passiuum ἔαγμαι ξαι, κται. unde aoristus primus, ἐάχθην, ἐάχθης ἐάχθη: cum κατὰ, κατεάχθη. fractus est. (5) Tamquam a ζεύγω, futurum ζεύξω, aoristus primus ἔζευξα: imperatiuus ζεῦξον, ζευξάτω: in plural. ζεύξατε, perfectum ἔζευχα: passiuum ἔζευγμαι (hinc uerbale, τὸ ζεῦγμα, ατος, i gati: & figura zeugma, quae Latine ligatio, uel ad-

nexio,

nexio, dicitur, ἔζευξαι, κται: aoristus prim. ἐζεύχθην: hinc participium, ζευχθεὶς, iunctus, uinctus. Aoristus secundus ἔζυγον: passiuum, ἐζύγην, iunctus sum: participium, ζυγεὶς, έντος: οἱ ζυγέντες, iuncti. (6) Tamquam a μίγω: futurum, μίξω: aoristus primus, ἔμιξα, ας, ε, tertia plural. ἔμιξαν, perfectum μέμιχα: pass. μέμιγμαι, ξαι, κται: infin. μεμίχθαι: part. μεμιγμένος: plus q. ἐμεμίγμην, ἐμέμιξο, ἐμέμικτο, poetice, ἔμικτο. aorist. prim. ἐμίχθην: tertia plur. ἐμίχθησαν, & Boeotice ἔμιχθεν: part. μιχθεὶς, uenirem, passiuus, τὸ μιχθέν, mixtum, confusum. Aorist. sec. ἔμιγον: pass. ἐμίγην, & Ionice, detracto augmento, μίγην, μίγης (hinc fut. sec. μιγήσομαι. optat. μιγείην. subiunc. μιγῶ, ῇς, ῇ. ter. plur. μιγῶσι: & Ionice μιγέωσι, infi. μιγῆναι, & Att. μιγήμεναι, misceri, rem habere, part. μιγείη. (7) Quasi a μόργω, fut. μόρξω. (8) A πήγω. cuius futurum πήξω, figam: aoristus primus ἔπηξα, ας, ε, compegi: νῆας. ἔπηξε, naues aedificauit. participium πῆξας, defigens: aoristus primus med. ἐπηξάμην. subiunctiuus πήξωμαι. prima plural. πηξώμεθα, struamus: participium, πηξάμενος, qui compegit. Perfect. actiuum, ἐπήχθην. passiuum, πέπηγμαι, ξαι, κται: aor. primus: ἐπήχθην. tertia pluralis Boeotica, detracto augmento, πῆχθεν, pro ἐπήχθησαν, fixi sunt. Perfectum med. πέπηγα, concreui: in plus qu. ἐπεπήγοι, defixum erat: part. πεπηγὼς, infixus, gelidus, congelatus. Aorist. sec. actiuus, ἔπαγον: pass. ἐπάγην, concretus sum: subiunct. παγῶ, ῇς, ῇ, prima plural. παγῶμεν, defigamur: partic. παγεὶς, concretus.

(9) De ῥηγνύω uide hunc tractatum de Inuestigatione thematis suo loco inter uerba, quae a ρ incipiunt. Sunt

& quaedam alia, in γνυω, aut γνύμι finita: sed omnia a desinentibus in γω tempora mutuantur: ut ὀμόργνυμι, abstergo, ab ὀμόργω. futurum ὀμόρξω. aoristus primus ὤμορξαι. med. ὠμορξάμην: particip. ὀμορξάμενος: in duali ὀμορξαμένω, detergentes. sic ὀρέγνυμι, ab ὀρέγω, porrigo, praebeo: futur. ὀρίξω. aorist. ὤρεξα. infinit. ὀρέξαι. aoristus primus med. ὠρεξάμην, ὠρέξω, ὠρέξατο, deposito augmento ὀρέξατο, incitatus est, appetijt: item intorsit: tertia pluralis ὠρέξαντο, apprehenderunt. imperat. ὄρεξαι, ὀρεξάσθω, contorque, contorqueat: futurum med. ὀρέξομαι, participium ὀρεξόμινος, tangens, percutiens. Perfectum medium ὤρογα, uerso ε in ο: participium, ὠρογώς, ἡ ὠρογυῖα, &, detracto augmento, ὀρογυῖα, quae porrexit. huc etiam referuntur ὠρωρέχειν, & ὀρωρέχατο. (10) Sic in aoristo primo, ἕασα, ἕασας, exhilaraui, isti, pro ἧσα, ἧσας. & in imperfecto, & aoristo secundo, ἕαδον, Aeolice ϝάδον, pro ἧδον, quod &, detracto augmento, dicitur ἅδον, ἅδες, ἅδε, placebam, as, at, seu placui, isti, it: est & ἅδον, tertiae plural. placuerunt: hinc infinit. ἁδεῖν, placuisse: participium ἁδὼν, gratus. Alij haec ad ἁδάνω referre malunt, quod mutuatur tempora ab ἁδέω, ut reliqua in άνω ab έω: unde & futur. ἁδήσω. ἁδήσεις, gratificabor, gratificaberis: sunt, qui in ἕαδα, ἑαδὼς, ἕασα, & ἕαδον, spiritu aspero notent ε, ut α in themate ἅδω: alij per lenem efferre malunt, ut ε in augmentis. (11) De hoc paullo supra, in ἄγνυμι. (12) De hoc infra, in ἀλίσκομαι.

(1) Αἰσθάνομαι, sentio. Futur. med. (2) αἰσθήσομαι.

Prae-

Praeteritum paſſ.(3) ἤσθημαι. Infinitiuus ἠσθῆσθαι. Aoriſtus ſecundus medius, (4) ἠσθόμην, ab αἰσθέομαι.

(5) Ex ἄνω, & ἄνομαι, deduces tempora, ut ex έω & έομαι, (6) ἁμαρτάνω, ut ἁμαρτέω, pecco: ſic (7) ἀπεχθάνομαι, ſum odio: (8) αὐξάνω, creſco: (9) βλαςάνω, germino. (10) καταδαρθάνω, dormio. ut ἀπεχθέομαι, αὐξέω, &c.

(1) *Imperfectum*, ᾐσθανόμην, ᾐσθάνε, ᾐσθάνετο, *&c.* (2) *Ab* αἰσθήσομαι, αἰσθήσῃ, *participium* αἰσθησόμενος, *intellecturus: aoriſtus primus*, ᾐσθησάμην. *ſenſi.* (3) *Hinc plus quam perfectum* ᾐσθήμην, ἤσθησο, ἤσθητο: *participium* ᾐσθημένος, *qui ſenſit.* (4) *ab* ᾐσθόμην, ἴσθον: *optatiuus* αἰσθοίμην, αἴσθοιο, αἴσθοιτο: *ſubiunctiuus*, αἴσθωμαι, αἴσθῃ, αἴσθηται: *tertia pluralis* αἴσθωνται: *infinitiuus* αἰσθέσθαι: *participium* αἰσθόμενος. (5) *Finita in* ἄνω, *&* ἄνομαι *deriuata ſunt omnia: ex his quaedam formantur a uerbis circumflexis obſoletis in* έω ῶ, έομαι οῦμαι, ε *in* α *mutato, & interpoſito* ν *poſt* α, *ut* κιχέω ῶ, κιχάνω, *inuenio, peruenio, conſequor*: οἰδέω ῶ, οἰδάνομαι, *tumeo, iraſcor, ſuperbio: atque in huiuſmodi uerbis locum habet Clenardi regula*: κιχάνω, *futurum* κιχάσω, *med.* κιχήσομαι, *aoriſtus ſecundus*, ἔκιχον, ἔκιχε, *nactus eſt: infinit.* κιχεῖν, *Dorice* κιχέμεναι, *& ectaſi poetica* κιχήμεναι, *deprehendere. Sunt & alia in* άνω, *quae fiunt a barytonis diſyllabis, uerſo* ω *in* άνω, *correpta paenul. & ν poſt eam aſſumpto: ut* λείπω, λίπω, λίμπω, λιμπάνω, *relinquo.* λήβω, λαμβάνω, *capio*: λήθω, λανθάνω, *lateo, fallor, & imprudens aliquid facio*: λήχω, λαγχάνω, *ſortior,*

adipiscor: μήθω, μανθάνω, disco, intelligo, doceor: πεύθω, πυνθάνομαι, audio, intelligo, interrogo: τεύχω, τυγχάνω, sum compos, sortior. φεύγω, φυγγάνω, fugio, uito, desisto: sic compositum καταφεύγω, καταφυγγάνω, refugio. in his exemplis ν ante γ, & χ mutatum fuit in γ: ante β, & π, in μ, ob orthographiam. Haec autem, atque cetera id genus in άνω, a suis primitiuis tempora mutuantur: μανθάνω tamen sumit futurum med. μαθήσομαι a μαθέω: sic aorist. pri. ἐμάθησα: & perfect. μεμάθηκα: sed aorist. sec. a μήθω, uel etiam ab eodem μαθέω. nam ab utrouis erit semper ἔμαθον. uide hunc tractatum in uerbis λαγχάνω, πυνθάνομαι & τυγχάνω. (6) Futurum ἁμαρτήσω: perfectum, ἡμάρτηκα: infinit. ἡμαρτηκέναι. perfect. pass. ἡμάρτημαι: particip. ἡμαρτημένος, qui aberrauit: τὰ ἡμμαρτημένα, errata, commissa. Aorist. secund. ἥμαρτον, ες, ε, &, sine augmento, Ionice, ἅμαρτον, ες, ε: poet. ἤμβροτον, ες, ε, tamquam ab ἀμβροτέω: uel pro ἥμαρτον, transiectione litterae, & mutatione α in ο, ἥμροτον, sed, quia μ non habet locum ante ρ, inseritur β, & mutatur spiritus, ἤμβροτον. (7) Imperfect. ἠπεχθανόμην, pro ἀπηχθανόμην, augetur initio: tertia ἠπεχθάνοντο, indignati erant: futur. med. ἀπεχθέσομαι, ἀπεχθήσῃ aorist. secund. med. ἀπεχθόμην, ἀπήχθου ἀπήχθετο, augetur in medio: & sine augmento, ἀπεχθόμην: infinit. ἀπεχθέσθαι: particip. ἀπεχθόμενος. Perfectum pass. ἀπήχθημαι, odio fui. Sic simplex ἐχθάνομαι, ab inusitato ἐχθέομαι. fut. med. ἐχθήσομαι, inimicus ero: perfect. pass. ἤχθημαι, inimicus fui: aorist. sec. med. ἠχθόμην, odio fui. (8) Vide infra, in uerbo αὔξω. nam utrumque idem significat: & ab αὐξέω tempora mutuantur.

tur. (9) *Futurum*, βλαςήσω: *perfectum*, βεβλάςηκα: *in plus quam perfect.* ἐβεβλαςήκει, *refructificauerat, aorist. secund.* ἔβλαςον, ἔβλαςες, ἔβλασε: *particip.* βλαςών, *ortus, natus.* (10) *Aor. sec.* κατέδραθον: *infinit.* καταδαρθεῖν, *Attice* καταδάρθειν, *acuta paenultima: aorist. sec. pass.* κατεδάρθην, *unde part.* καταδαρθείς, έντος, *consopitus, dormiens. Sic simplex* δαρθάνω, *dormio, a* δαρθέω: *futur. med.* δαρθήσομαι, *dormiam: aor. sec. act.* ἔδαρθον, *& metath. poet.* ἔδραθον. *infinit.* δαρθεῖν, *&* δραθεῖν.

Ἁλίσομαι, *capior.* Futurum, (1) ἁλώσομαι. Praeteritum, ἥλωκα & ἑάλωκα. passiuum, ἑάλομαι, unde uerbalia, ἅλωσις, *captiuitas:* ἁλωτός, *captiuus, ab* ἁλόω. Aoristus secundus, ἥλων, ἑάλων. (2) Infinitiuus, ἁλῶναι. Participium, ἁλούς, ἁλόντος, ab ἅλωμι, quae sunt omnia uocis actiuae, sed significationis passiuae: id quod frequentissimum est in compositis uerbi ἵςημι, ut (3) καθέςωτα, constituta.

Compositum ἀναλίσκω, *consumo*, (4) ualde uariat in augmento praeteriti: dicunt enim ἀνάλωκα, *consumpsi*, sine augmento, & ἀνάλωται, *consumptus est*: etiam ἀνήλωκα, ἠνάλωκα: ἀνήλωται, ἠνάλωται. Atque haec incrementorum diuersitas in multis praeterea contingit. Ἐγγυάομαι, *despondeo, promitto.* Imperfect. (5) ἠγγύατο. Perfect. (6) ἐγγεγύηκε. Ἐγχυράζομαι, *oppignero.* Perfect. (7) ἐγκεχυρασμένον, & ἠνεχυρασμένον: quod tamen fieri possit ab ἐνεχυράζωμαι: utrumque enim inuenitur. Ἐγγυάω, *do fidem*, (8) ἐνεγγύησεν

ἐνεγγυησάμην, ἠγγύητε. sed (9) ἐγγύατο & (10) παρηγγύησε, *fideiussit, spopondit*, sine augmento. Βλακεύομαι, *torpeo*, (11) ἐϐλάκευμαι, & βεβλάκευμαι, *torpore dissolutus sum.* Et composita a λέγω, (12) per λε, aut ει, συνειλεγμένοι, & συλλελεγμένοι, *collecti.* Διαιτέω, *iudico, ut arbiter*, (13) δεδιῃτημένος, ut (14) ἠνώχλησε, *turbauit*, per duplex augmentum. Ἀμπέχομαι, (15) ἠμπεχόλην, *induor, circumdo.* (16) Ἠνέχετο, *sustinuit:* & ἠνείχετο, *sustinebat*. Παροινέω, *debacchor*, (17) πεπαρῴνηται, *debacchatum est.* (18) Ἐπιδημέω, ἐπιδεδήμηκα, *peregrinor.* Ἐπιορκέω, ἐπιώρκηκα, *peiero.* Ἐπιστατέω, ἐπεστάτηκα, *praesum.* Ἐμπολῶ, ἐμπεπόληκα, & ἠμπόλητε, *uendo, lucror.* (11) Κτάομαι, κέκτημαι & ἔκτημαι, *possideo:* & plurima item alia generales canones augmenti non exacte seruauerunt: de quibus copiose Budaeus in Commentarijs linguae Graecae. Ἀμφιέννυμι, & ἀμφίεμαι, *induo*. Futurum (19) ἀμφιέσω, Praeteritum passiuum ἠμφίεσμαι, ab ἀμφιέω. siquidem ννύω, & ννυμι habenda sunt ut ω. (20) quaecumque praecedat uocalis: (21) ζωννύω, *cingo:* (20) κεραννύω, *misceo:* (20) κορεννύω, *saturo:* (20) πεταννύω, *extendo:* (22) ῥώννυμι, *ualeo:* (23) στρώννυμι, *sterno:* (20) σορεννύω, *sterno, sopio:* (24) χωννύω, *obruo aggere:* tamquam, ζώω, *&c.*

(1) *Pro* ἁλώσομαι *doctiores usurpant* ληφθήσομαι, *futurum primum passiuum uerbi obsoleti* λήβω: *a quo etiam* λαμβάνω *sua capit tempora.* (2) *Imperatiuus* ἅλωθι, *capiaris*, *ut* γνῶθι. *optatiuus* ἁλόην, *captus sim,*

cape-

caperer, ut δοίην, & Dorice ἀλῴην, ης, η, ut χρυσῴην pro χρυσοίην. (3) Est participium perfectum. (4) De huiusmodi augmentorum uarietate in uerbis compositis uide quoque supra. Haec autem in quadruplici sunt differentia. nam aut augmento prorsus destituuntur, ut perfectum actiuum ἀνάλωκα, & tertia persona perfecti pass. ἀνάλωται: uel augentur solum in medio, id est, in principio uerbi simplicis, & non initio compositi, ut, ἀνήλωκα: uel tantum initio, id est, in principio uerbi compositi, & non simplicis, ut ἠνάλωκα, passiuum ἠνάλωμαι, ἠνάλωσαι, ἠνάλωται: uel utrimque, id est, & initio compositi, & initio simplicis, ut ἠνήλωμαι, ἠνήλωσαι, ἠνήλωται, hinc in aoristo primo actiuo ἀνάλωσα, ἀνήλωσα, & ἠνάλωσα, insumpsi, consumpsi: unde infinitiuus ἀναλῶσαι, a futuro ἀναλώσω: in aoristo primo passiuo ἀνηλώθη, absumptus est. A uerbo βαρυόπτομαι, caligo (quamuis e praepositione non fiat compositio, sed e nomine βαρὺς, graui, & uerbo ὄπτομαι, uideo) inuenitur in aoristo secundo passiuo ἐβαρυώπησαν ὀφθαλμοὶ, caligarunt oculi: quod utrumque incrementum suscipit. sic μεμελοπεποίηται, in tertia perfecti passiui, a μελοποιέω, ῶ, carmina modulor, & pango, quod componitur e τὸ μέλος, εος, cantus, modulatio, ποιέω, facio. sic etiam ὠνοματοπεποίηται, ab ὀνοματοποιέω ῶ, uocabula construo, seu facio: e nomine τὸ ὄνομα, ατος, nomen. (5) Est tertiae personae singul. per crasim ab ἠγγυάετο, augetur initio. (7) Tertia perfecti singul. in medio augetur. (7) Sunt participia neutra perfecti passiui. Atque ἐγκεχυρασμένον quidem augetur in medio, repetita tenui κ pro adspira-

ta χ: ἠνεχυρασμένον uero, si ducatur ab ἐγχυράζομαι, au
gebitur utrimque. ubi notandum γ, quod in themate ἐγχυ
ράζομαι ponebatur pro ν praepositionis ἐν propter χ se-
quens, in ἠνεχυρασμένον rediisse in ν, cum iam non sequa-
tur χ neque κ, sed ε. Vide hunc tractatum in uerbo, συῤ-
ῥήγνυσθαι. Aduertendum quoque, hoc loco in ἠνεχηρασμέ
νον augmentum medium factum esse absque reduplicatio-
ne, quamuis sit breue, pro ἠγκεκυρασμένον: sic a προσπατλα
λάω, defigo, depingo, perfectum passiuum, προσεπατλά-
λαμαι, pro προσπεπατλάλαμαι. atque a simplici χαλκάω,
fabrico, seu fabricor, fit ἐχάλκαμαι, pro κεχάλκαμαι.
& a νωγαλίζω, delicior, ἐνωγάλισμαι, pro νενωγάλισμαι.
sed, quia hoc rarum est, malim dicere ἠνεχυρασμένον fie-
ri ab ἐνεχυράζωμαι, cum inueniatur, & significet idem,
quod ἐγχυράζομαι, atque hoc modo ἠνεχυρασμένον au-
getur tantum initio. sic ab actiuo ἐνεχυράζω, pignora
capio, (cuius futurum ἐνεχυράσω, ἐνεχυράσεις) fit aori-
stis primus ἠνεχύρασα, ας, ε, &, sine augmento, ἐνεχύρα-
σα, ας, ε. (8) ἐνεγγύησεν augetur in medio: ἠγγύησε uero
initio. utrumque est tertiae personae singul. aoristi primi
actiui. ἐνεγγυησάμην est aoristi primi medii, & augetur
in medio, ut ἐνεγγύησεν. ubi notandum, γ, ob euphoniam,
geminatum esse, pro ἐνεγύησεν, ἐνεγυησάμην. sic ἐγκωμιά-
ζω, ἐνεγκωμίαζον, pro ἐνεκωμίαζων. malim tamē scribere
ἐνεκωμίαζον, sine γ: ac dicere ἐνεγγύησεν et ἐνεγγυησάμην
esse composita ex ἐν, et ἐγγύησεν ἐγγυησάμην, quae augmē
to destituūtur, pro ἐνηγγύησεν, ἐνεγγυησάμην, ut παρεγ-
γύησε, pro παρηγγύησε. Verum thema ἐνεγυάω uidebitur
cōpositū e geminata praepositione ἐν ἐν, et inusitato γυάω:
quod

quod Graecis nõ omnino nouũ: dicũt enim προσπροκυλινδόμενος, supplex ad pedes deuolutus: ἐγγυάω simplex videri potest quibusdam: sed perfectum ἐγγεγύηκα, ας, εν, arguit esse compositum. (9) Per crasim pro ἐγγυάετο, tertia imperfecti passiui. dicitur & ἠγγυᾶτο, vt iam dictum est. ex ἐγγυᾶτο, cum ἐν fit ἐνεγγυᾶτο. lege praecedens scholium. (10) Tertia singularis aoristi primi a παρεγγυάω, quod componitur ex παρὰ & ἐγγυάω, μ. ήσω. (11) Duo tantum verba simplicia hoc loco a CLENARDO enumerantur, quae augmenti varietatẽ recipiunt veluti cõposita, nempe βλακεύομαι, & κτάομαι, in quorum perfecto prima thematis nunc ante ε anceps reduplicatur, βεβλάκευμαι, κέκτημαι: nunc non reduplicatur, ἐβλάκευμαι, ἔκτημαι. Sic a βλάπτω, laedo, noceo, perfectum passiuum βέβλαμμαι, & ἔβλαμμαι, damno affectus sum, a διαγλύφω, insculpo, tertia perfecti passiui διαγέγλυπται, & διέγλυπται, insculptum est. a θλάω, frango, μ. θλάσω: perfectum passiuum τέθλασμαι, & ἐθλάσμαι, fractus sum. a τέθλασμαι, participium τεθλασμένος, fressus: aoristus primus ἐθλάσθην, in tertia plural. ἐθλάσθησαν, sunt castrati aut elisi: infinitiuus, θλασθῆναι, collisum esse. (12) Per λε quidem communiter: per ει vero Attice, συνειλεγμένοι, autem, & συλλελεγμένοι sunt nominatiui plurales participij perfecti passiui a συλλέγω, siue συλλέγομαι, colligo. componitur ex σὺν, mutato ν, in λ, (vt dicetur in verbo συῤῥήγνυσθαι) & λέγω, lego, dico, deligo: unde perfectum λέλεχα & Attice εἴλοχα, infinitiuus, εἰλοχέναι: cum σὺν, συνειλοχέναι, collegisse: participium, εἰλοχὼς, συνειλοχὼς, qui collegit: perfectum

passi-

passiuum λέλεγμαι, & εἴλεγμαι : unde ει λεγμένοι, delecti
&c. In aoristo secundo passiuo, ἐλέγησαν : cum ξυὼ, At
tice, pro σωὼ, ξωνελέγησαν, collecti sunt. (13) Est partici-
pium perfecti passiui : perfectum actiuum est δεδιήτικα, ut
arbiter iudicaui : aoristus primus ἐδιήτησα, &, deperdi-
to priori augmento, διήτησα, infinitiuus, διαιτῆσαι : aori
stus primus pass. ἐδιητήθην : unde participium, διαιτη-
θεὶς, έντος : τὰ διαιτειθέντα, ea, quae arbitri statuerunt.
Legitur apud Lucianum, δίαιταν διαιτέοντο, vitam de-
gebant : quod est imperfectum passiuum Ionicum sine au-
gmento, & habet significationem verbi διαιτάω, viuo :
veluti & διαιτάω nonnumquam sumitur pro διαιτέω, ut
arbiter iudico. διαιτάω, augetur in medio: imperfectū passi
uum, διητώμην, διητῶ, διητᾶτο, viuebam, as, at : in ao-
rist. prim. passiuo. διητήθη, diuersatus est. (14) Ηνώχλυ
σα, ας, εν, est aorist. primus act. ab ἐνωχλέω ῶ, μ. κσω. au-
getur in participio, & medio, ut imperfectum ἠνώχλουν,
ἠνώχλεις, ἠνώχλει, turbaram, as, at. reperitur tamen ao-
rist. prim. passiuus cum uno tantum incremento ἐνωχλή-
θην, molestia sum affectus. (15) Imperfectum passiuum
augetur initio : utrimque etiam auctum inuenitur ἠμπει-
χόμην, induebar. componitur autem ἀμπέχομαι, ex prae-
positione Aeolica ἀμπὶ, pro ἀμφὶ, & ἔχομαι, quod auge-
tur per ει, ut dictum est supra. (10) Ηνέχετο, est tertiae
personae singu. aor. secundi med. augetur utrimque a the
mate ἀνέχομαι, sustineo, sed formatur tanquam ab ἀνεχέο
μαι. nam simplex ἔχω sumit aoristum secundum a χέω, ut
paulo post dicetur in verbo ἔχω, ἠνείχετο autem est im-
perfecti passiui ab eodē ἀνέχομαι. augetur quoque utrim

que,

que, in principio quidem migrante α praepositionis ἀνὰ in η: in medio vero ἔχομαι, augetur per ει, vt habes supra, in actiuo ἔχω. (17) Vtrimque augetur. est vero tertiae personae singul. perfecti pass. sic imperfectum ἐπαρῴνουν. (18) Quae sequuntur composita, sunt perfecta primae coniugationis circumflexorum, (praeterquam ἐμπολάω ῶ, quod est secundae) & augentur in medio, quamuis eorum simplicia non sint in vsu: tamen ἠμπόλησε tertia persona aoristi primi act. augetur initio: sic & perfectum apud Sophoclem, ἠμπόληκας: vitam cum morte commutasti. Notandum, in ἐπιορκῶ, non elidi ι, praepositionis ἐπὶ, ante vocalem.

Huiusmodi verbis compositis aliquando altera praefigitur praepositio. quae licet augmentum non recipiat, interdum tamen in medio geminum augmentum relinquit, vt δεδιῃτήμενος, compositum ἐκδεδιῃτημένος, arbitrorum sententia iudicatus: πεπαρῴνηται, compositum ἐμπεπαρῴνηται, idest, per vinum & petulantiam, iniuria, & probro affectus est: vnde & particip. ἐμπεπαρῳνημένος, qui iniuriam passus est: ducitur hoc verbum ab ὁ οἶνος, ου, vinum: sic ab ἀπαναίνομαι, teneo, quod componitur ex ἀπὸ, ἀνὰ, & αἴνομαι, aoristus primus med. ἀπηνηνάμην, ἀπηνήνω, ἀπηνήνατο, tenui, isti, it, cum duplici augmento in medio: quia tamen alterum in infinitiuo seruatur, ἀπανήνασθαι, recusare: dicere poterimus ἀναίομαι haberi pro simplici, atque in eo mutatum fuisse αι in η Attice, vt in ἐμίηνα siue ἐμίηνα. In huiusmodi paenultima quidam subscribunt ι, habentes ra-

tionem

tionem praesentis, in quo est αι: alij non subscribunt, quod futurum habeat α nudam vocalem. Ab ἀνορθόω, μ. ώσω, corrigo, emendo: cum ἐπὶ, ἐπανορθόω, id est, quod lapsum est, corrigo, aoristus primus, ἠνώρθωσα, ἐπηνώρθωσας: tertia persona perfecti pass. ἠνώρθωται, ἐπηνώρθωται, correctum, & instauratum est. (19) Poetice, ἀμφιέσω, induam: aoristus primus ἠμφίεσα (simplex tamen, εἷσα, εἷσας, εἷσε, & poetice, detracto augmento, & geminato σ, ἕσσα, ἕσσας, ἕσσε, quod etiam est collocare: hinc imperatiuus ἕσον, & ἕσσον, indue: participium, ἕσας, & ἕσσας: infinitiuus, ἕσαι, & ἕσσαι, cum ἐπὶ, ἐφέσσαι, sedere in: at ἐφέσσαι, imperatiuus est medius: nam indicatiuus est ἑσσάμην, ἕσσο, ἕσσατο, pro εἱσάμην, quod & ἑεισάμην. & detracto omni augmento, ἑσάμην: tertia pluralis, ἕσαντο, induti sunt: participium ἑσάμενος, & ἑσσάμενος: cum ἀμφὶ, ἀμφιεσάμενος, indutus. Redeamus igitur ad ἀμφιέννυμι: imperfectum passiuum, ἠμφιεννύμην, indutus eram. Perfectum quoque passiuum est ἠμφίειμαι: unde participium ἠμφιειμένος indutus: sic ἠμφιεσμένος, ab ἠμφίεσμαι, quod ponitur in contextu. Inuenitur etiam ἠμφειμένος, pro eodem: in quo duplex est augmentum, veluti & ἠμφιειμένος, sed in uno praepositio perdit ι finale, quod in alijs retinet. Est praeterea & aliud huius participium ἀμφιειμένος, cum augmento in medio, veluti & simplex εἱμένος, per ει facto augmento pro η. nam ἀμφιέω, componitur ex ἀμφὶ & ἑῶ, induo, sedeo: quod augetur per ει, unde perfectum passiuum εἷμαι, εἷσαι, & ἕσσαι, poetice, εἷται, & εἷσαι sedi, isti, it, seu indutus sum, es, est: tertia plural. εἷνται, Ionice εἵαται, & ectasi poetica εἵαται sederunt, seu sedent.

dent. sic in tertia plur. plus quam perfecti, εἵντο, ἕατο, & εἵατο, sederant, vel sedebant: cum παρὰ, παρείατο, assederant, seu assidebant. nam huius perfectum, praesentis etiã significationem habet: & plus quam perfectum, imperfecti. hinc dicunt nonnulli εἷμαι praesens esse verborum in μι, ex ἕεμαι, crasi εἷμαι, quod & ἧμαι. Pro perfecto εἷμαι, reiecto augmento, & assumpto σ, dicitur ἕσμαι (vnde ἀμφίεσμαι) & plus quam perfect. ἕσμην: tertia persona ἕσο, induerat, seu sederat. (20) Si huiusmodi vocalis fuerit α, vel ε, ea in futuro, aut perfecto, non mutabitur in η, vt in verbis circumflexis. sed retinebitur, vt in praesenti. κεράννυμι, seu κεραννύω, κεράω, μ. κεράσω, aoristus primus ἐκέρασα, ἐκέρασας, ἐκέρασε; detracto augmento κέρασε: participium κεράσας, qui temperauit. ἡ κεράσασα, cum εν, ἐγκεράσασα, quae infudit. Aoristus primus med. ἐκερασάμην, ἐκεράσω, ἐκεράσατο, reiecto augmento, & geminato σ, κεράσσατο, fudit: participium κερασάμενος, & κερασσάμενος, fundens. A futuro κεράσω, per syncopen dicitur, κράσω: vnde perfectum κέκρακα; passiuum κέκραμαι sine σ: vt, si non fiat syncope, dicimus κέκρασμαι: vnde participium, κεκρασμένος, mixtus: sed κεκραμένος est magis receptum a κέκραμαι, κέκρασαι, ex quo verbale ἡ κρᾶσις, crasis, temperies: tertia perfecti plural. κέκρανται, temperantur: infinitiuus κεκρᾶσθαι, temperari: aoristus primus ἐκράθην: vnde participium, κραθεὶς, έντος, mixtus. πετάννυμι, siue πεταννύω, πετάω, μ. πετάσω: aorist. prim. ἐπέτασα, ας, ε: geminato σ, ἐπέτασσε, aperuit: tertia plura. ἐπέτασσαν, &, reiecto augmento, πέτασσαν, aperuerunt, pandaerunt, explicarunt:

carunt: participium, πετάσας, cum ἐκ, ἐκπετάσας, qui extendit: perfectum, πεπέτακα: pass. πεπέτασμαι, ασαι, ασαι: unde aoristus primus, ἐπετάσθην, ἐπετάσθης, ἐπετάσθη, euolaui, isti, it. reperitur tamen futurum medium πετήσομαι, volabo: atque perfectum passiuum πεπέτημαι, πεπέτησαι, volaui, isti: quae verterunt α in η: sed id si licentia poetica: vel habita ratione thematis usitati πετάομαι, πετῶμαι, volo: unde participium πεταόμενος, πετώμενος, volans. κορέννυμι siue κορεννύω, κορέω, μ. κορέσω: perfectum κεκόρεκα: passiuum κεκόρεσμαι: participium κεκορεσμένος, satiatus, κεκορεσμέναι αἶγες, saturatae caprae: poetica licentia reperitur κεκορημένος saturatus: aoristus primus ἐκορέσθην: unde infinitiuus κορεσθῆναι, satiatum esse: participium κορεσθείς, repletus, saturatus. Στορέννυμι, siue στορεννύω, & syncope στόρνυμι, στορέω, μ. στορέσω: aoristus primus ἐστόρεσα, ἐστόρεσας, ἐστόρεσε: tertia plural. ἐστόρεσαν, sine augmento στόρεσαν: subiunct. στορέσω, ῃς, ῃ: στορέσωμεν, prosternamus: infinit. στορέσαι: sternere: participium στορέσας, sternens: aoristus primus medius, ἐστορεσάμην: tertia pluralis deposito augmento στορέσαντο, struerunt. In tertia singulari perfecti passiui Dores dicunt ἐστόρωται pro ἐστόρεσαι, stratus est. (21) Ζοννύω, siue ζώννυμι, ζώω, μ. ζώσω: aor. pri. ἔζωσα: med. ἐζωσάμην, detracto Ionice augmento, ζωσάμην, cinxi: tertia plur. ζώσαντο, se cingunt, & cunctantur, apud Hesiodum. Perfect. ἔζωκα: passiuum ἔζωσμαι, cinctus sum: assumit σ, unde verbale τὸ ζῶσμα, ατος, & Attice, abiecto σ, ζῶμα, cingulum, succincta tunica, participium ἐζωσμένος, cinctus: ἐζωσμένοι, exsuti, aorist. pri.

ἐζώσθην:

ἐζώσθην: *infinitiuus,* ζωσθῆναι, *cinctus eſſe: participium,* ὁ ζωσθεὶς, έντος, ἡ ζωσθεῖσα, είσης, *cinctus, cincta.* (22) *Vide infra, in verbo* ῥωννύω (83) Στρώννυμι, *ſiue* ςρώννυμι, *aut* ςρωννύω, ςρώω, μ. ςρώσω: *aoriſtus primus,* ἔςρωσα, *perfectum,* ἔςρωκα: *paſſiuum,* ἔςρωμαι, ωσαι, ωται, *ſtratus ſum, eſt participium* ἐςρωμένος: ςιβάδες ἐςρωμέναι, *tori ſtrati, ſiue confecti: aoriſtus primus,* ἐςρώθην, *unde participium,* ςρωθεὶς, εντος, *ſtratus.* (24) *Χωννύω, ſiue* χώννυμι, χώω, μ. χώσω: *aoriſtus primus* ἔχωσα: *infinitiuus* χῶσαι, *aggeſſiſſe:* χῶσαι τάφον, *excitare ſepulcrum: participium* χώσας, άντος, *qui aggeſſit: aoriſtus primus med.* ἐχωσάμην, *exaggeraui terram, tumulum feci. Coincidit cum* ἐχωσάμην, *verbi* χόομαι, *iraſcor: unde* ἐχώσατο, *&* *detracto augmento,* χώσατο. *iratus eſt, ſuccenſuit, & participium* χωσάμενο, χωσαμένη, *iratus, irata.) Perfectum paſſiuum* κεχώσμαι, κέχωσαι, κέχωςαι, *aſſumit* σ, *hinc verbalia,* ἡ χρῶσις, εως, *agger: &* ὁ χωςὸς, ȣ: χωςὸς τάφος, *aggeſtus tumulus. Aoriſt. primus* ἐχώσθην, *aggeſtus fui, infinitiuus* χωσθῆναι, *oblimari, aggeri: participium,* χωσθεὶς, χωσθέντος *aggeſtus. Praecedentibus adde* χρώννυμι, *ſiue* χρωννύω, χρώω, *coloro, tingo:* μ. χρώσω: *perfectum* κέχρωκα, *paſſiuum,* κέχρωσμαι, ωσαι, ωςαι, *aſſumit* σ: *unde verbalia,* ἡ χρῶσις, εως, *color, &* ὁ χρωςὴρ, *colorans, infector. tamen* τὸ χρῶμα, χρώματος, *color, amittit* σ.

Ἀνοίγω, *aperio.* Futurum ἀνοίξω. Aoriſtus primus, Attice (1) ἀνέῳξα. Praeteritum medium, (2) ἀνέωγα. Praeteritum paſſiuum, (3) ἀνέωγμαι. Participium, (4) ἀνεῳγμένος. Aoriſt. prim. paſſ. ἀνεῴχθην.

Ἀπολλύω & ἀπόλλυμι, *pereo, perdo, destruo*. Fut. ἀπολῶ. Praeterit. med. Atticum, (5) ἀπόλωλα ab (6) ἀπόλλω. Futur. ἀπολέσω. Praeter. ἀπόλεκα, ἀπολώλεκα, ab ἀπολέω.

(7) Ἀπέσκληκα, *indurui*. ἀπεσκληκὼς, *tabidus*: ἀπεσκληκέναι, *obriguisse*, perfecta sunt ab inusitato ἀποσκλάω, *tabesco, pareo*. Optatiuus ἀποσκλαίη, *obriguisset*, ab ἀπόσκλημι.

Ἀρέσκω, *placeo*. Futur. ἀρέσω, ab ἀρέω. (8) nam σκω, & σκομαι tanquam ω, & ομαι, (9) βρώσκω, *comedo*: γηράσκω, *senesco*: (8) ἱλάσκομαι, *placeo*: ut βρώω, γηράω, ἱλάομαι.

(1) *Et rursus aucta praepositione* ἠνέῳξα, *aperui*. (2) *Atque* ἀνῷγα, *cum uno dumtaxat augmento, & cum triplici incremento* ἠνέῳγα: *unde participium*, ἠνεῳγὼς, ότος, *patulus, apertus*. (3) *Sic simplex*, ἔῳγμαι, *patefactus sum*: & *participium* ἐῳγμένος, *patefactus, apertus, ab* οἴγω, *cuius imperfectum* ὦγον, *aperiebam*. (4) *Et augmentum sumente praepositione*, ἠνεῳγμένος, *apertus*. *sic in aoristo pri.* ἠνεῴχθην, *pro* ἀνεῴχθην: *tertia plura.* ἠνεῴχθησαν, *aperti sunt*. *Dicitur etiam* ἀνῴχθην, *cum simplici augmento*: &, *poetice, resoluta diphthongo* ῳ *in* ωϊ, ἀνωΐχθην. *Reperitur etiam aoristus secun. passiuus* ἠνοίγην, ἠνοίγης, ἠνοίγη, *apertus sum, es, est*: *ubi sola praepositio augetur*: *hinc futurum secundum* ἀνοιγήσομαι, ἀνοιγήσῃ, ἀνοιγήσεται, *aperiatur, eris, etur. ab aoristo*

pri.

pri. ἀνεῴχθην, *ducitur participium,* ἀνοιχθεὶς, *apertus.*
(5) *Hinc participium,* ἀπολωλὼς, *qui perijt :* ἀπολωλὼς
φαρμάκῳ, *veneno sublatus. Plus quam perfectum* ἀπώλω-
λειν, *perieram, aliud augmentum suscipit.* (6) *Ab* ἀπόλ
λω, *siue ab* ἀπολέω, *aoristus secundus* ἀπῶλον, *med.* ἀπω-
λόμην *: hinc optatiuus ,* ἀπολοίμηνν , ἀπόλοιο, ἀπόλοιτο :
ἀπολοίμην κάκιστα, *peream pessime . genus est iurisiuran-
di : subiunctiuus* ἀπόλωμαι , *peream .* (7) *Sic simplex*
ἔσκληκα, *Ionice* ἔσκληα, *obdurui, arui : participium* ἐσκλη
κὼς, ότος, *quod &* ἐσκληὼς, *aridus, a* σκλάω. *Aoristus se
cundus,* ἔσκλην, ἔκσλης ἔσκλη, *exaruit, mortuus est : infi-
nitiuus,* σκλῆναι, *tabescere (cum* ἀπὸ, ἀποσκλῆναι, *emo-
ri) a* σκλῆμι. *thema vsitatum est,* σκέλλω, *quod &* σκάλ-
λω, μ. σκαλῶ : *aoristus primus,* ἔσκαλα, *& Attice* ἔσκη-
λα : *hinc optatiuus Aeolicus,* σκύλεια, σκήλειας, σκήλειε :
subiunctiuus , σκήλω, σκήλῃς, σκήλῃ, *arefacerem , es, & :
infinitiuus ,* σκῆλαν, *aruisse.* (8) *Hinc tamen excipe* ἀλύ
σκω, *fugio : futurum ,* ἀλύξω, *ab* ἀλύσσω, *quod & in vsu
habetur .* διδάσκω, *doceo , futurum ,* διδάξω , *ab inusi-
tato* διδάχω *: de hoc infra.* θνήσκω, *morior, futurum* θνή-
ξω, *& medium* θνήξομαι , *& , cum poetica reduplicatio-
ne ,* τεθνήξομαι , τεθνήξῃ , *& Attice* τεθνήξει, *morieris:
infinitiuus* τεθνήξεσθαι , *moriturum esse : potest & paullo
post futurum censeri , quasi a* θνήκω. *Excipe quoque* ἁ-
λίσκομαι , *ac* γινώσκω , *&* χάσκω , *de quibus infra . Il-
lud & hic notandum , finita in* άω , *&* έω , *ab* άσκω , *&*
σκω, *non mutare in futuro , aut praeterito characteri-
sticam breuem in longam* η, *more circumflexorũ, vt* γηρά
σκω, γηράω, μ. γηράσω, *perfectum,* γεγήρακα: *participium,*

γεγηρακὼς, *ſenio confectus. huius imperfect.* ἐγήραον, ἐγή ραε: *&c., craſi,* ἐγήρων, ἐγήρας, ἐγήρα. Αρέσκω, ἀρέω, μ. ἀρέσω: *aoriſtus primus,* ἤρεσα, ἤρεσας, ἤρεσε, *placaui, iſti, it: futurum medium,* ἀρέσομαι: *unde, in prima plurali,* ἀρεσόμεθα, *placabimus,* Ἱλάσκομαι, ἱλάομαι, *futurum medium,* ἱλάσομαι, *placabo: aoriſtus primus,* ἱλασάμην: *participium,* ἱλασάμενος, *qui placauit: perfectum paſſiuum,* ἵλασμαι, ἵλασαι, ἵλασται: *imperatiuus,* ἵλασο, *venerare, placa: participium,* ἱλασμένος, *qui offertur pro expiatione: aoriſtus primus,* ἱλάσθην, ης, η: *imperatiuus* ἱλάσθητι, *propitius eſto: ſyncope,* ἵλαθι, *&c., poetica ectaſi,* ἵληθι. *in* ἱλάσθητι, *ultima ſyllaba, ſcribitur per* τ *pro* θ, *ob aliud* θ *praecedens. at* ἵλαθι *habet* θ. *Poſſumus etiam dicere* ἵλαθι *eſſe praeſens actiuum ab* ἵλημι, *ut* ἵσαθι, *ab* ἵστημι, ἵληθι *vero vel aoriſti ſecundi, in quo ſeruatur paenultima longa; vel dictum eſſe pro* ἵλαθι *per ectaſim poeticam.* ἵλασο *quoque poteſt cenſeri praeſentis temporis vocis paſſiuae, ſeu mediae, ab eodem* ἵλημι: *paſſ.* ἵλαμαι: *veluti* ἵστασο, *ab* ἵστημι, ἵσταμαι. *Notandum praeterea, verba in* σκω, *&c.* σκομαι, *eſſe omnia deriuata, &c. formari a primitiuorum vel praeſenti, inſertis ante* ω *litteris* σκ, *uel futuro, inſerto* σ: *hae litterae, in deducendis poſtea temporibus, ſunt abijciendae, ut rite docet Clenardus. verum reticet, quae ſit habenda paenultimae ratio. addendum igitur, paenultimam deriuati in* σκω *haud raro diuerſam eſſe a primitiui paenultima. praecipue in finitis in* έω, *ex quibus fere ſit* ίσκω, *ut* εὑρέω, εὑρίσκω, *inuenio: &c. ex* όω, ώσκω, *ut* βιόω, βιώσκω, *viuo:* βρόω, *ſiue* βρώω, βρώσκω, *&c., cum reduplicatione;* βιβρώσκω, *comedo. cum igitur ab huiusmodi*

iuſmodi uerbis uolueris tempora deducere, non ſolum litterae σκ *ſunt reijciēdae, ſed & paenultimae vocalis, atqu: reduplicationis, quae in multis locum habet (ut plenius dicetur in uerbo* τιτρώσκω*) erit habenda ratio : nam paenultima ſe habebit, ut in primitiuo, & reduplicatio, ultr : praeſens, & imperfectum, non ſeruatur. vel, ut breuius dicam, haec a ſuis primitiuis mutuantur tempora: ut* τελίσκω, *perficio, abſoluo: futurum, non* τελίσω, *ſed* τελέσω, *a* τελέω. βιβρώσκω, *comedo, futurum, non* βιβρώσω, *ſed* βρώσω, *a primitiuo,* βρόω *ſiue* βρώω, *ſed eadem eſt ratio. nam ab* ώω, *fit* ώσω, *mutata breui in longam, ut in circumflexis:* βιόω, βιώσκω, *viuo: futurum,* βιώσω. *quod etiam in nonnullis ab* άω, *&* έω *factis obſeruatur.* βάσκω, *a* βάω, *vado,* μ. βήσω: βάσκ᾽ ἴθι, *vade, accelera: imperatiuus, pro* βάσκε. ἡβάσκω, *ab* ἡβάω, *pubeſco,* μ, ἡβήσω. φάσκω, *&, per reduplicationē, & aſſumptou,* πιφαύσκω, *a* φάω, *dico, nuncio,* μ. φήσω: *a* φάσκω, *in imperatiuo* φάσκε, φασκέτω, *dic, dicat : imperfectum a* πιφαύσκω, ἐπίφαυσκον, *&, ſine augmento,* πίφαυσκον, *loquebar, vel loquebantur, in praeſenti paſſiui* πιφαύσκομαι, πιφαύσκῃ, *et Ionice* πιφαύσκαι, *loqueris.* θορίσκω, *metatheſi* θροΐσκω, *&, verſo* οϊ *in* ῳ, θρώσκω, *a* θορέω, *ſalio, curro. futurum,* θορήσω. κυΐσκω, *a* κυέω, *concipio,* μ. κυήσω. μολίσκω, *metatheſi, verſoq.* οϊ *in* ῳ, *&* μ *in* β *mutato, quod* μ *ante* λ *locum non habeat* βλῴσκω, *a* μολέω, *eo, proficiſcor,* μ. μολήσω. *reperitur tamen participium aoriſti primi,* βλῴξας, *profectus, tamquam a futuro* βλῴξω: *ſed receptum non eſt.* οἰδίσκω, *ab* οἰδέω, *tumeo, ſuperbio,* μ. οἰδήσω: *ab* οἰδέω, *imperfectum,* ᾤδεον, ες, ε: ᾤδεε χρόα, *tumidum habebat corpus.* στερίσκω *a*

στερέω, *priuo*, μ. στερήσω: *vnde, in medio*, στερήσομαι, στερήσῃ, στερήσεται, *priuabor, beris, bitur: participium*, στερησόμενος, *priuandus: aoristus primus passiuus*, ἐστερήθην: *tertia plural.* ἐστερήθησαν, *priuati sunt: infinitiuus*, στερηθῆναι, *Attice, & Dorice*, στερηθήμεναι, *&, systole*, στερηθέμεναι, *&, Ionice*, στερηθέμεν, *priuati. at* γαμίσκω, *a* γαμέω *nubo, & duco vxorem, facit in futuro* γαμήσω, *&* γαμέσω: *vnde medium*, γαμέσομαι, γαμέσῃ, γαμέσεται, *& poetice, geminato* σ, γαμέσσεται, *in matrimonium ducet. Sunt quaedam finita in* ήσκω, *ab* έω, *&* άω, *& haec futurum habẽt in* ήσω: ἀλδήσκω, *ab* ἀλδέω, *cresco*, μ. ἀλδήσω, καλήσκω, *& syncope*, κλήσκω, *&, per reduplicationem*, κικλήσκω, *a* καλέω, *voco: futurum*, κλήσω: *perfectum*, κέκληκα: *passiuum*, κέκλημαι: *at primitiuum* καλέω, *facit* καλέσω, *&* καλήσω: *de hoc infra, in appendice eorum, quae a* κ *incipiunt.* μνήσκω, *cum reduplicatione* μιμνήσκω, *a* μνέω, *uel* μνάω, *reminisci facio, suggero, & in memoriam reuoco, futurum* μνήσω: *aoristus primus*, ἔμνησα: *participium*, μνήσας, μνήσασα: *aoristus primus medius*, ἐμνησάμην: *tertia plural. detracto augmento* μνήσαντο: *optatiuus*, μνησαίμην, αιο, αιτο, *tert. plural.* μνήσαιντο, *& Ionice* μνησαίατο, *memorarint: infinitiuus*, μνήσασθαι, *mentionem facere: participium* μνησάμενος, μνησαμένη. *futurum medium*, μνήσομαι, *mentionem faciam. perfectum passiuum* μέμνημαι, μέμνῃ, μέμνηται: *hinc aoristus primus*, ἐμνήσθην, *assumpto* σ, *vnde imperatiuus*, μνήσθητι: *subiunctiuus*, μνησθῶ: *infinitiuus*, μνησθῆναι: *participium*, μνησθείς, έντος, *memoriam faciens, & memor factus, seu recordatus: futurum primum*, μνη-

θήσομαι, habebo mentionem, a themate μνάομαι, *tertia*
pluralis imperfecti, ἐμνάοντο ἐμνῶντο, *et, poetice,* ἐμνόων-
το, *memores erant: participium,* μναόμενος, μνώμενος, *&*
Ionice μνεώμενος: *Herodotus,* μνεώμενος ἀρχὴν, *affectans*
imperium. Sed redeamus ad verba in σκω, *finita in* εσ-
κω, *ex* εω, *seruant omnia* ε *in futuro, vt* ἀρέσκω *ab* ἀρέω,
placeo, μ. ἀρέσω: κέσκω, *a* κέω (*vnde &* κεῖμαι) *iaceo,*
μ. κέσω. *Quaedam desinunt in* ύσκω, *ab* ύω, *haec in pae*
nultima nihil mutant: μεθύσκομαι, *a* μεθύομαι, *ebrior, e-*
brius sum: futurum medium, μεθύσομαι, *passiuum,* μεθυ-
σθήσομαι, μεθυσθήσῃ, *inebriabor, beris.* ῥύσκομαι, *a* ῥύομαι,
traho, custodio, tueor: futurum medium, ῥύσομαι: ῥυσόμε-
θα, *defendemus: aoristus primus,* ἐῤῥυσάμην, ἐῤῥύσω, ἐῤῥύ-
σατο, *eripui, isti, it: imperatiuus,* ῥῦσαι, *libera:* ῥύσασθε,
liberate: perfectum passiuum, ἔῤῥυμαι, *liberaui: sine au-*
gmento ῥῦμαι, *unde infinitiuus* ῥῦσθαι, *& tertia plus quam*
perfecti Ionica ῥύατο *pro* ἔῤῥυντο, *sic tertia pluralis imper*
fecti, ῥῦοντο *pro* ἐῤῥύοντο, *Ionice deposito augmento. hu-*
ius imperatiuus ῥῦου, *& Ionice* ῥῦεο, *libera. Verbum* βο-
σκήσκω, *a* βόω, *pasco, pabulum praebeo, facit in futur.* βοσκή-
σω, *tamquam a* βοσκέω: *cum dicendum esset,* βώσω: *ta-*
men a βώσω *ducitur perfectum* βέβωκα, *paui.* (9) *Futu-*
rum, βρώσω: *perfectum,* βέβρωκα. *plus quã perfectum,* ἐβε-
βρώκεις, ἐβεβρώκει, *&, abiecto* ε. βεβρώκει, *pastus erat, ede*
rat: optatiuus βεβρώκοιμι βεβρώκοις, *pro hoc,* κ *in* θ, *mu-*
tato, Homerus dixit βεβρώθοις, *comederes: vel est optati-*
ui medij, ab inusitato βρώθω. *A* βέβρωκα, *fit passiuum* βέ-
βρωμαι, βέβρωσαι, βέβρωται, *voratum est: infinitiuus,* βε-
βρῶσθαι, *erosum esse, participium,* βεβρωμένος, *erosus:*

τὰ βεβρωμένα, *comesa: aoristus primus*, ἐβρώθην: *participium*, βρωθεὶς, εῖσα, ἐν: τὰ βρωθέντα, *comesta. Aoristus secundus actiuus*, ἔβρων, ἔβρως, *quasi a* βρῶμι.

(1) Αὔξω, *augeo*. Futurum, αὐξήσω, ab αὐξέω. (2) Innumera barytona facta sunt a circumflexis, (3) temporaq. fiunt a circumflexis, (4) ἀλέξω, *arceo, iuuo*. (5) ἄχθομαι, *indignor, offendor, tristor*: (6) βούλομαι, *volo*: (7) θέλω, *volo*: (8) μάχομαι, *pugno*: (9) μέλομαι, *curo*: (12) μένω, *maneo*: (11) οἴχομαι, *discedo, pereo*: (12) οἴομαι, *puto*: (11) ὀφείλω, *debeo*: tamquam ἀλεξέω, ἀλεξῶ, ἀχθέομαι, ἀχθοῦμαι, &c.

A futuro αὐξήσω, *aoristus primus* ηὔξησα, *auxi. perfectum passiuum*, ηὔξημαι. ηὔξησαι, ηὔξηται, &, *Ionice, deposito augmento* αὔξηται, *creui, isti, it: sic, in imperfecto*, αὔξετο *pro* ηὔξετο, *augebatur: aoristus primus*, ηὐξήθην, *auctus sum: participium*, αὐξηθεὶς, *adultus. Possunt haec tempora ad* αὐξάνω *referri: significat enim idem, quod* αὔξω, *atque eodem modo ab* αὐξέω *tempora mutuatur, vt dictum est. Pro* αὔξω *poetae dicunt* ἀέξω. *unde in imperfect.* ἄεξε, *augebat, sine augmento. sic* ἀέξετο, *augebatur, a passiuo* ἀέξομαι, *augesco, cresco. futurũ actiuum*, ἀέξησω, *quasi ab* ἀέξεω. *hinc participium aoristi primi passiui*, ἀεξηθεὶς, *adultus, auctus.* (2) *Et contra, multa circumflexa a barytonis formantur, ut a* γράφω, *fit* γραφέω, *scribo. unde futurum*, γραφήσω. *perfectum* γεγράφηκα.

eſſe: Aoriſtus ſecundus actiuus, ἔῤῥαγον obſoleuit. (7)
Ab ἔῤῥωγα, ἔῤῥωγας, ἔῤῥωγεν: influxi, iſti, it, vel ru-
ptus ſum, es, eſt: plus quam perfectum ἐῤῥώγειν: tertia
plural. ἐῤῥώγεισαν, &, Attice, ἐῤῥώγεσαν, rupti erant:
participium, ἐῤῥωγὼς, ἐῤῥωγυῖα, ruptus, rupta: ſine au-
gmento, ῥωγὼς, cum ἀνὰ, ἀναῤῥωγώς, apertus, hians.
Huiuſmodi mutatio τοῦ η in ω, Atticorū eſt. huc referunt
quidam συνοχῆτε, id eſt, compreſſi, coartati, collapſi: parti
cipiū perfectū duale, ſine augmento, pro συνωχυκότε, a συ
νοχέω, μ. ύσω, π. ησα, quod deriuatur a συνοχὴ, ῆς, imbecil-
litas, turbatio, hoc uero verbale eſt a συνέχω, conſtringo,
contineo. ſic μέμβλωκα, κας, κε, tranſiui, iſti, it: & curaui,
iſti, it: quod per ſyncopen, & τοῦ β, euphoniae gratia,
interiectionē, dictum eſt, vel pro μεμόληκα, a μολέω. vel
pro μεμέληκα, a μελέω, τὸ μέλω, curo. e μέμβλωκε, cū παρὰ

fit παραμέμβλωκεν, *&, poetice*, παρμέμβλωκεκεν, *permanet, adest.* (8) *De simil. in* νύω, *&* νυμι, *finitis habes supra.* (9) *Hinc aoristus primus*, ἔῤῥωσα ας, ε, *valui, & confirmaui, isti, it: infinitiuus*, ῥῶσαι, *roborasse: participium*, ῥώσας, *roborans: futurum medium*, ῥώσομαι. (10) *Huius passiuum* ῥώομαι, *fluo, tendo, ruo: in imperfecto* ἐῤῥώοντο, *festinabant, ruebant.* (11) *Hinc participium*, ἐῤῥωμένος, *de quo supra. aoristus primus assumit* σ, ἐῤῥώσθην, ἐῤῥώσθης, ἐῤῥώσθη: *tertia plur.* ἐῤῥώσθησαν: *unde participium*, ῥωσθεὶς, ῥωσθεῖσα, *confirmatus, confirmata.*

(1) Σβεννύω, σβέννυμι, *exstinguo*. Futurum, (2) σβέσω, & σβήσομαι, a σβέω. Aoristus secundus, ἔσβην, a σβῆμι: (3) aut est aoristus secundus passiuus, a σβέω. Aoristus secundus actiuus, ἔσβον: passiuus, ἔσβην.

(4) Σεύω, *eo, fugo, concito.* (5) Aoristus primus, ἔσευα, per α purum. Aoristus passiuus, (6) ἐσύθην, pro ἐσεύθην.

(7) Σπένδω, *libo.* Futurum, (8) σπείσω, a σπείδω: (9) quandoque Aeolice pro subiunctiua uocali consonans, σπείρω, σπέῤῥω, *semino:* (10) γείνατο, γέννατο, *natus est.*

(11) Συνίημι, intelligo. Aoristus primus, συνῆκα, &, Attice, (12) ἐσυνῆκα, per geminum augmentum,

tum, ut (13) ἠνώχλουν, *turbabam*, & ſimilia. Aoriſtus ſecundus, συνῆν. Imperatiuus, συνές. Participium, συνείς. Attice autem ξυνίημι, ξυνῆκα, ξυνῆν, ξυνές, ξυνείς: ut pleraque alia communiter per συν efferuntur, Attice per ξυν, συνοικος, ξυνοικος, *conturbernalis*.

Συῤῥηγνῦσθαι, *confringi*, compoſitum a συν, *cum, ſimul*, & ῥήγνυσθαι, *frangi*. (14) Quomodo uero ſe habeat συν in compoſitis, docere poſſunt ſubiecta exempla, βαίνω, *uado*, συμβαίνω, *contingo*: γράφω, *ſcribo*, συγγράφω, *conſcribo*: ζάω, *uiuo*, συζάω, *conuiuo*: κάμνω, *laboro*, συγκάμνω, *ſimul laboro*: λέγω, *dico, & lego, id eſt colligo*, συλλέγω, *colligo*: μανθάνω, *diſco*, συμμανθάνω, *condiſco*: παίζω, *ludo*, συμπαίζω, *colludo*: ῥέω, *fluo*, συῤῥέω, *confluo*: σείω, *quatio*: συσσείω, *concutio*: στέλλω, *mitto, traho*, συστέλλω, *contraho*: φημὶ, *dico*, σύμφημι, *conſentio, comprobo*: χέω, *fundo*, συγχέω, *confundo*: ψηφίζω, συμψηφίζω, *computo*. Idem iudicium, de mutatione ν in praepoſitione ἐν, *in*: βαίνω, ἐμβαίνω, *ingredior*: γράφω, ἐγγράφω, *inſcribo*, &c. niſi quod ante σ non mutatur ν, σείω, ἐνσείω, *incutio*: σημαίνω, *ſignifico*, ἐνσημῆναι, *inſignio, ſignifico*.

(1) A σβέννυμι *participium* σβεννὺς, *exſtinguens*. (2) *Hinc aoriſtus primus*, ἔσβεσα, ἔσβεσας, ἔσβεσε (*cum* ἀπὸ, ἀπέσβεσεν, *exſtinxit*) *ſine augmento*, σβέσα, σβέσας, σβέσε: *tertia plural*. σβέσαν: *infinitiuus*, σβέσαι, *exſtinxiſſe*. *Aoriſtus primus paſſiuus*, ἐσβέσθην, ἐσβέσθης, ἐσβέσθη, *exſtinctus, uel mortuus ſum, es, eſt*: *ſubiunctiuus* σβεσθῶ, σβεσθῇς, σβεσθῇ: *infinitiuus* σβεσθῆναι: *cum* ἀπὸ, ἀποσβεσθῆναι, *exſtingui*.

gui, suppremi: futurum primum passiuum, σβεσθήσομαι, *exstinguar. Pro* σβέσω, *dicitur quoque* σβήσω: *perfectum*, ἔσβηκα: *participium*, ἐσβηκώς: *cum* ἀπὸ, ἀπεσβηκὼς, *extinctus.* (3) *Prior opinio uerior uidetur, quod posterior repugnet ei, quod dixit supra.* (4) *Passiuum*, σεύομαι: *imperfectum*, ἐσευόμην: *tertia plural.* ἐσεύοντο, *&, poetice, augmento positione producto*, ἐσσεύοντο, *ibant. Aoristus secundus*, ἔσυον (*ut* ἔφυγον, *a* φεύγω) *medius*, ἐσυόμην, *tertia persona*, ἐσύετο, *syncope, ac deposito augmento* σύτο, *concitatus est, proruit. Alij uolunt dictum pro* ἐσέσυτο *in plus quam perfect. passiuo, deposito omni augmento. sine augmento est*, σεῦα, σεῦας, σεῦε, *fugaui, isti, it: participium*, σεύας: *cum* ἐπὶ, ἐπισεύας, *&, poetice*, ἐπισσεύας, *exhortatus, aoristus primus medius*, ἐσευάμην, ω, ατο, *&, deposito augmento*, σευάμην, σεύω, σεύατο, *irrui, isti, it: imperatiuus* σεῦαι, σευάσθω, *&, syncope*, σεῦσθω, *concitetur.* (6) *Ab* ἐσύθην, ἐσύθης, ἐσύθη, *idest cum impetu motus sum, es, est: ducitur participium* συθεὶς, *concitatus.* (7) *Huius imperfectum*, ἔσπενδον, ἔσπενδες: *hinc tertia Ionica*, σπένδεσκε, *libat.* (8) *Hinc aoristus primus*, ἔσπεισα, ἔσπεισας, ἔσπεισε, *sine augmento*, σπεῖσα, σπεῖσας σπεῖσε, *libaui, isti, it: imperatiuus*, σπεῖσον: *subiunctiuus*, σπείσω, σπείσῃς: *infinitiuus*, σπεῖσαι: *participium*, σπείσας. *Aoristus primus medius*, ἐσπεισάμην: *infinitiuus*, σπείσασθαι, *inducias facere: perfectum passiuum*, ἔσπεισμαι: *tertia persona*, ἔσπεισται, *transactum est: aoristus primus*, ἐσπείσθην, *sacrificio placati sumus*: ἐσπείσθησαν ἀνοχαί, *factae sunt induciae.* (9) *Sic* ἀργεννός, *candidus, pro* ἄργεινος: ἄπερρε, *pro* ἄπειρε, *abi in malam rem, ab* ἀπείρω, *& simplex*

ἔρρε,

ἔῤῥε, peri: atque imperatiuus passiuus, ἔῤῥου, abi, peri, ab εἴρω, siue φθείρω, pro quo Aeoles φθέῤῥω, dicunt: deinde, per aphaeresim, ἔῤῥω. A φθείρω, corrumpo, (ut hoc obiter dicatur) futurum φθερῶ, perfectum, ἔφθαρκα: passiuum, ἔφθαρμαι: hinc participium, ἐφθορμένος, interemptus. et, pro ἔφθαρμαι, Aeoles dicũt ἔφθορμαι, ἔφθορσαι, ἔφθορται. sic a μείρω, siue μείρομαι diuido, sortior, fit μέμορμαι μέμορσαι, μέμορται, sortitus sum, es, est. pro μέμαρμαι, μέμαρσαι, μέμαρται, quod & μεμοίραμαι μεμοίρασαι, μεμοίραται: & rursus, pro eodem, μεμόρημαι, μεμόρησαι, μεμόρηται: unde participium, μεμορημένον, factum, paratum. Ab ἔφθορμαι, & μέμορμαι, in infinitiuo, ἔφθορθαι, μέμορθαι, accentu in antepaenultima, sic τέτορθαι, pro τετάρθαι, a τείρω, μ. τέταρκα, id est, infesto, sum molestus. sed redeamus ad φθείρω: huius perfectum medium, ἔφθορα, corrupi: aoristus secundus actiuus, ἔφθαρον: passiuus, ἐφθάρην, perij: participium, φθαρείς, έντος, corruptus. Pro φθερῶ, futuro uerbi φθείρω, Aeoles dicunt φθέρσω, φθέρσεις, φθέρσει, uastabo, is, it: sic ab εἰρῶ, idem, quod φθείρω, futurum ἔρσω, pro ἐρῶ, unde aoristus primus, sine augmento, ἔσρα, ἔρσας, ἔρσε: cum ἀπὸ, ἄπερσεν, & poetice, seruato ο, ἀπόερσε, corrupit. sic a κείρω, tondeo, μ. κερῶ, Aeolice κέρσω: unde aoristus primus, ἔκερσα, totondi: infinitiuus, κέρσαι, totondisse, a futur. κερῶ: infinitiuus, κερεῖν, &, Ionice, κερέειν, tonsurum esse. ab ἄρω, coapto, μ. ἀρῶ, & ἀρσῶ, coaptabo: aoristus primus, ἦρσα, imperatiuus, ἄρσον, adepta. a κύρω, sum, adipiscor, nanciscor, incido: μ. κυρῶ, & κύρσω, adipiscar: aoristus primus, ἔκυρσα: in secunda plural. ἐκύρσατε,

inci-

incidistis: tertia ἔκυρσαν, inciderunt, cum ἐν, ἐνέκυρσαν, offenderunt: participium κύρσας: cum ἐν, ἐνκύρσας, incidens. participium aoristi primi passiui, λωροεὶς, adeptus. (10) Vide supra. (11) Componitur ex σὺν (pro quo Attici ξύν in compositis) & ἵημι, cuius inflexionem habes supra. (12) Pro ἐσυνῆκα, ἐσυνῆκας, ἐσυνῆκεν, Attici dicunt ἐξυνῆκα, ἐξυνῦκας, ἐζυνῆκεν, intellexi, isti, it: atque ξυνέηκα, ξυνέηκας, ξυνέηκε: communiter uero συνέηκα, συνέηκας, συνέηκε. (13) De hoc supra. (14) Quare ita mutetur ν, uel elidatur, docuimus supra. Idem ferme iudicium de ν, in ἀνὰ, cũ poetice, α finali deperdito, praeponitur consonantibus, nã ν ante κ, & χ, mutatur in γ: ante λ, in λ, ante β, μ, π, φ, in μ: ut ante κ, ἀγκαλέω pro ἀνακλέω, reuoco: ἀνκλίνας pro ἀνακλίνας, innixus, reclinans, ut τύψας: ab ἀνακλίνω, ἀνακρεμάσας, pro ἀνακλεμάσας, suspendens, ut τύψας. ab ἀνακρέννημι, sed tamquam ab ἀνακρεμάω, μάσω, aoristus primus ἀνακρίμασαι, tertia plural. ἀνακρέμασαν suspenderunt: participium aoristi primi passiui, ἀνακρεμαθεὶς, pendens, ἀγκρίνω, pro ἀνακρίνω, discutio, discerno, ἀγκροῦομαι, pro ἀνακρούμαι, praeludo. huc etiam referri possunt ἄγκλειτος, pro ἀνάκλειτος, iactator: ἄγκονος, pro ἀνάκονος, minister: atque hinc ἀγκοντίς, ίδος, ministra: & ἀγκονέω ῶ, diligens sum: sic τὸ ἀγκορές quasi ἀνακορὲς, insatiabile. Ante χ, ἀγχαλάζω, pro ἀναχαλάζω: relaxo, remitto. Ante λ, ἀλλύω, pro ἀναλύω, euerto, soluo, retexo. unde ἀλλύεσκε, Ionice pro ἀνέλυε, soluebat: & ἀλλύουσα, pro ἀναλύσα, soluens: ἄλλεγον, pro ἀνάλεγον, & hoc pro ἀνέλεγον, collegi. aoristus secundus, sine augmento, ab ἀναλέγω, unde & in aorist. prim. infinitiui actiui,

ἀλλέ-

ἀλλέξαι, pro ἀναλέξαι, collegisse. Ante β, ἀμβαίνω, pro ἀναβαίνω, adscēdo: unde ἄμβασις, pro ἀνάβασις, adscensio, ἀμβάτης, pro ἀναβάτης, adscensor, ἄμβατος, accessus, accessibilis, τὰ ἄμβατα, gradus. ἄμβαλε, pro ἀνάβαλεν, & istud: pro ἀνέβαλε, reiecit, sursum iecit, aoristus secundus ab ἀναβάλλω, sunt, qui legant ἄββαλεν, ἀμβλήδην pro ἀναβλήδην, alte, ἀμβολὴ pro ἀναβολὴ & ἀμβολίη pro ἀναβολίη, procrastinatio, mora: ἀμβολιεργὸς, pro ἀναβολιεργὸς, dilator operum, procrastinator: ἀμβώσαντες, reclamantes, exclamantes, pro ἀναβώσαντες, & istud per crasim, pro ἀναβοήσαντες, ut simplex βώσας pro βοήσας. sic in appositione, ἀμβωμοῖς, seu ἀμβωμοῖσι, pro ἀνὰ βωμοῖς, ad altaria. Ante μ, ἀμμάθω, pro ἀναμάθω, paeniteo: ἄμιγα, simul, una: ἀμμίγδην, pro ἀναμίγδην, promixtum, promiscue, ἀμμίξας, pro ἀναμίξας, immiscens, ab ἀναμίγνυμι, sed tamquam ab ἀναμίγω. & in oppositione, ἀμμέγα, pro ἀνὰ μέγα, per magnum: ἀνὰ μέσον, ἀμμέσον, in medio. Ante π, ἀμπαιανίσαι pro ἀναπαιανίσαι, paeana recantare, aoristus primus infinitiui, ab ἀναπαιανίζω: ἀμπεπαλὼν, uibrans, pro ἀναπεπαλὼν, cum augmento poetico, est participium aoristi secundi ab ἀναπάλλω, sic a simplici πάλλω fit πεπαλὼν, uibrans, uel qui uibrauit: ἀμπαύομαι, pro ἀναπαύομαι, quiesco: hinc aorist. primus imperatiui: medij ἀμπαύσαθε, requiescite: & uerbalia: τὸ ἄμπαυμα, ατος, quies, silentiū: ἡ ἄμπαυσις, εως, requies: ἀμπαυστήριος. sedes, in qua quiescitur, pro ἀναπαύσαθε, ἀνάπαυμα, ἀνάπαυσις, & ἀναπαυστήριος. ἀμπέτασον, pro ἀναπέτασον, extende, aperi, ut τύφον. ab ἀναπεταννύω, sed tamquam ab ἀναπετάω, ἄμπηρος, pro ἀνάπηρος, caecus, mutilatus:

ἀμ-

ἀμπλέκω, pro ἀναπλέκω, amicio, implico. hinc ἀμπλακέω, pecco, erro, implicor, unde participium aoristi secundi, ἀμπλακῶν, qui errauit, & uerbale ἀμπλάκημα, peccatum, inde dictum, quod implicet, & inuoluat homines: sic & ἡ ἀμπλακία, error, peccatum, ἀμπνοὴ pro ἀναπνοὴ, respiratio: ἀμπτάμενος pro ἀναπτάμενος, reuolans, subuolans: τὰ ἀμπτάμενα, reuolantia: uide simplex πτάμενος. ἄμπωσις, pro ἀνάπωσις, uadosum, aestuarium, ἄμπωτις (quo & oratores utuntur) pro ἀνάπωτις, r eciprocatio aquae, & recessus: hinc ἀμπωτίζω, ingurgito: & in appositione, ἀμπεδίον, pro ἀνάπεδιον, per campum: ἀμπέλαγος, pro ἀναπέλαγος, per mare: ἄμπολιν, pro ἀνὰ πόλιν, per urbem. Ante φ. ἀμφέρω, pro ἀναφέρω, sursum fero: ἀμφέρεται pro ἀναφέρεται, sursum fertur: ἀμφυγία, pro ἀναφυγία, perpetuum exsulium: & in appositione, ἀμφόνον pro ἀνὰ φόνον, per caedem: ἀμφυτὰ pro ἀνὰ φυτὰ per plantas. Ante δ uero, ante θ, ν, σ, & τ, quamuis ἀνὰ perdat a finale, ν tamen manet inuariatum, tam in compositione, quam in casus appositione: ut ἀνδειράδες pro ἀναδειράδες, area: ἄνδεμα, pro ἀνάδεμα, uita: τὰ ἄνδηρα, pro ἀνάδηρα, flores: ἀνδίκτης, ου, pro ἀναδίκτης, genus laquei: ἄνδιχα pro ἀνάδιχα, bifariam, ἀνδοκάδην, pro ἀναδοκάδην, ex fideiussione: ἀνδόνακας, pro ἀνὰ δόνακας, inter arundines, ab ὁ δόναξ, ακος, arundo, ἀνδύεται pro ἀναδύεται, emergit: ἀνθρώσκω, pro ἀναθρώσκω, resilio: ἀννέκυας, pro ἀνὰ νέκυας, per cadauera: ἄνστησον, pro ἀνάστησον, exsurge: aoristus primus imperatiui actiui, ab ἀνάστημι, μ. ἀναστήσω: ἀνστρέφομαι, pro ἀναστρέφομαι, percurro, peruado, assiduus

sum:

ſum: ἄγχεο, pro ἀνάχεο, de quo infra. ἀγχήσεσθαι, pro ἀναχήσεσθαι, toleraturum eſſe, uide ſimplex χήσεσθαι, infra: ἀνςόμα, pro ἀνὰ ςόμα, per ος. ἀντανύω, pro ἀνατανύω, extendo. τ uero praepoſitionis κατὰ, quando poetice quoque, α finali deperdito praeponitur conſonantibus ante adſpiratas χ, φ, mutatur in earum tenues, π, κ: ante θ & ν, ſeruatur ipſum τ: ante alias mutas, & ante immutabiles λ, μ, ν, ρ, mutatur in conſonam, ſequenti ſimilem, nempe in β ante β, in δ ante δ, & ſic de alijs: ante σ uero, ipſum τ prorſus deperit: ſed exemplis res illuſtretur: ante β, κάββαλε, pro κατάβαλε, & iſtud pro κατέβαλε, ſtrauit, aoriſtus ſecundus, abſque augmento, a καταβάλλω: infinitiuus, καββαλεῖν, pro καταβαλεῖν, ſtrauiſſe: & καββαλικὸς, proſternendo aptus, & huius comparat. καββαλικώτερος, ad proſternendum aptior, qui aptius proſternitur; quibus & oratores utuntur. Ante δ, καδδραθέτην, dormierunt duo, pro καταδραθέτην: tertia dualis aoriſti ſecundi a καταδαρθάνω, ſed tamquam a καταδαρθέω: ſimplex δαρθέω, aoriſtus ſecundus ἔδαρθον, &, metatheſi, ἔδραθον: tertia dualis, reiecto augmento, δαρθέτην, cum κατά, καταδαρθέτην, &, poetice, καδδραθέτην: καδδῦσαι, pro καταδῦσαι, demerſiſſe, aoriſtus primus infinitiui act. a καταδύω: &, in appoſitione, καδδύναμιν, pro κατὰ δύναμιν, pro uirili parte, ἡ δύναμις, εως, τὴν δυναμην, ut ὄφιν. καδδὲ pro κατὰ δὲ, hoc tamen non raro uſurpatur, cum ſcilicet uerba compoſita ex κατὰ, diuiduntur, atque inter praepoſitionem κατὰ, & uerbum ſimplex, inſeri-

ſeritur particula δὲ, ſiue ſola, ſiue cum alijs dictionibus, ut καδδ᾽ἔβαλε pro κατέβαλεδέ, id eſt, ſtrauit autem, aor. ſecund. a καταβάλλω, καδδεῖσε pro κάθεισε, id eſt, ἐκάθεισεδὲ, collocauit uero. καδδ᾽ἔθορε pro κατέθορεδὲ, deſilijt uero: aoriſtus ſecundus a καταθορέω: καδδ᾽ἔλον, pro καθέλονδὲ, & hoc pro καθεῖλονδὲ, detraxerunt uero, eſt aoriſt. ſecund. ſine augmento a καθαιρέω, ſed tamquam a καθέλω, ut ſimplex αἱρέω ab ἕλω: καδδ᾽ἔπεσεδὲ, decidit uero, aor. ſecund. a καταπίπτω, ſed tamquam a καταπεσέω. uide infra. Ante κ, κακκῆαι, pro κατακῆαι, pro quo etiam Homerus dixit, Κατακηέμεν, cremare, aor. prim. infin. a κατακαίω, μ. κατακαύσω, aoriſt. pri. κατέκαυσα, &, κατέκηα. unde infin. κατακῆαι, & Ionice, κατακηέμεν: in prima plural. ſubiunct. κατακήωμεν, &, poetice, κατακήομεν, credemus: κακκρύπτων pro κατακρύπτων, occultans, tegens, & in appoſitione, κακκορυφὴν, pro κατὰ κορυφὴν, circa uerticem. Ante χ, κάκχαρτος: pro κατάχαρτος, laetabundus, uerbale a καταχαίρω, inſulto, κακχαύω, pro καταχαύω, deſtruo, confundo. Ante λ, καλλείπεν, pro καταλείπειν, relinquere: hinc καλλείπεται, relinquitur, καλλείψω, relinquam: infinit. καλλείψειν, relicturum eſſe, in aoriſt. ſecund. κάλλιπε, reliquit, ſine augmento, pro κατάλιπε, & iſtud pro κατέλιπεν: in appoſitione, καλλαπάρηνι pro κατὰ λαπάρην, iuſta ilia, λαπάρην accuſat. eſt Ionic. pro λαπάραν, ab ἡ λαπάρα ας, ile, abdomen, uenter. Ante μ. καμμίξας pro καταμίξας, immiſcens, particip. aoriſt. pr. a καταμιγνύω, ſiue καταμίγνυμι, ſed tamquam a καταμίγω, καμμύω, pro καταμύω, claudo, quo oratores utuntur, hinc futur. καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς, claudet oculos,

& in

& in aoriſt. prim. ἐκάμμυσαν τοὺς ὀφθαλμούς, occluſe-
runt oculos, καμμονία, &, Ionice, καμμονίη, pro καταμο-
νίη, uictoria, quae ad ſolā partē uadit. huc referri poteſt
κάμμορος, pro κακόμορος, infortunatus: quaſi κάκμορος: in
appoſitione, καμμέσον, pro μέσον, circa mediũ: καμμέν, pro
κατα μέν, &, in tameſi, κάμμὲν ἄροτρον ἄξειαν, pro ἄροτρον
μὲν κατάξειαν, aratum quidē fregerint: eſt κατάξειαν, aor.
pri. Aeolicus optatiui a κατάγνυμι, ſed tāquā a κατάγω.
Ante ν, καννεύσας, pro κατανεύσας, annuens: participium
aor. pri. a κατανεύω. Ante π, καππυρίσασα, pro κατα-
πυρίσασα, incendens, particip. femininum, aor. prim. acti-
ui a καταπυρίζω, in appoſitione, καππεδίον pro κατὰ πε-
δίον, per campum, in campo. Ante φ, κάπφαγε, pro κα-
τάφαγε, & iſtud pro κατέφαγε, comedit, aoriſt. ſecund. ſi-
ne augmento a κατατρώγω, ſed tamquam a καταφήγω,
καπφωθεὶς, pro καταφωθεὶς, uaſtatus, participium aoriſt.
primi paſſiui ab inuſitato καταφόω, in appoſitione, καπφά
λαρα, pro κατὰ φάλαρα, in phaleris. Ante ρ, καῤῥέζειν
pro καταρέζειν, quod & ipſum poeticum eſt, pro καταῤῥέ-
ζειν, peragere: ſic participium praeſens femin. καῤῥέζουσα,
peragens: in appoſitione, καῤῥά, pro καταῤά, καῤῥόον, &
craſi καῤῥοῦν, pro κατὰ ῥόον. dicitur etiam καταροῦν, &
κατὰ ῥόον, id eſt, ſecundo flumine. Ante σ, κάσχεθε, pro
κατάσχεθε, continete: a κατέχω, ſed tamquam a κατασχέω,
cuius aoriſtus ſecundus, κατέσχον, ες, ε, medius, κατεσχό-
μην, imperatiuus κατάσχου κατασχέσθω, ſecunda plural. κα-
τάσχεθε & poetice κάσχεθε, uide infra. κασορνῦσα pro κα-
τασορνῦσα, complanans, participium praeſens act. a κα-
τασόρνυμι, ut ζευγνῦσα. Ante θ, κατθνήσκω, pro κατα-

θνήσκω, morior: hinc, in aoristo secundo, κάτθανε pro κατάθανε, & istud pro κατέθανε, mortuus est. atque pro imperativo καταθανε, mouere, obi, & participium καταθανὼν, pro καταθανὼν, mortuus, κατάθψαι, pro κατὰ θάψαι, sepelisse, aoristus primus infinitivi a καταθάπτω, κάτθεσαν, pro κατάθεσαν, & istud pro κατέθεσαν, deposuerunt, uide simplex ἔθεσαν. κατθεμένη, pro καταθεμένη, quae deposuit. Ante τ, καττύπτεσθαι, pro κατατύπτεσθαι, uapulare: & in appositione καττάδε, pro κατὰ τάδε, secundum haec, in hunc modum: καττοῦτο, pro κατὰ τοῦτο, iuxta hoc, sic praepositio Dorica ποτὶ, idest πρὸς, praecipue cum articulis, ut ποττῶ, pro ποτὶ τῶ, idest πρὸς τοῦ: ποττὸν, pro ποτὶ τὸν: ποττάν, ποτὶ ταν. idest, πρὸς τὴν: ποττώς, pro ποτὶ τὼς, id est, πρὸς τοὺς ποττᾶς, pro ποτὶ τὰς: ποττὰ pro ποτὶ τά: παρὰ, etiam in compositione, saepe amittit α ante consonantes, sed ρ praecedens in aliam consonantem non mutatur, ut παρβολάδην, pro παραβολάδην, permutatim: παρθέμενοι, pro παραθέμενοι, apponentes: πάρθεσαν, pro παράθεσαν, & istud pro παρέθεσαν, apposuerunt: uide simplex ἔθεσαν, παρκλίνω, pro παρακλίνω: detorqueo: tertia pluralis παρκλίνουσι, detorquent: παρμένω, pro παραμένω, permaneo, adsum: παρπεπιθὼν, arte pellicēs, fallēs, a παραπείθω, simplex πείθω, aor. sec. ἔπιθον: &, poetice, πέπιθων, participiū, πεποθὼν, cū παρὰ. παραπεπιθὼν, &, reiecto α, παρπεπιθὼν: παρρέω, pro παραρρέω, praeterfluo, παρτιθέτω, pro παρατιφέτω, apponat: uide simplex τιθέτω. παρφάσθαι, pro παραθάσθαι, decipere, male suadere: uide simplex φάσθαι. hinc πάρφασις, pro παράφασις, deceptio, παρφέρομαι, pro παραφέρομαι, transfero, praeterfugio.

(7) Σόω, *ſeruo, uado, irruo, ſubiunctiuus*, σόω, σόῃς, σόῃ *ſeruem, es, et. Futurum* σούσω, *a* σούω: *aoriſtus primus*. ἔσουσα: *imperatiuus*, σοῦσον, *uade*. *Perfectum imperatiui paſſiui*, σέσουσο, *&*, *detracto augmento*, σοῦσο, σούσθω, *uade, at: irrue, at:* σοῦσθε, *ite, irruite: tamen* σούσθω, *&* σούσθε, *poſſunt cenſeri facta per craſim a praeſenti imperatiui paſſiui* σόου, σοέσθω, σούσθω: σόεσθε, σοῦσθε.

(8) Σαώζω, *poeticum, pro* σώζω, *ſeruo, tutor: futurum* σαώσω, σαώσεις, σαώσει: *infinitiuus*, σαώσειν, *&*, *Ionice*, σαωσέμεν, *ſeruaturum eſſe. Aoriſtus primus*, ἐσάωσα: *tertia perſona* ἐσάωσε, *reiecto augmento, & apocope poetica*, σάω, *ſeruauit: ſumitur & pro* σάωσον, *ideſt* σῶζε, *ſerua: per eandem apocopen.*

Τέμνω, *ſedo*. (1) Futurum, τμήξω, a (2) τμήγω. Aoriſtus ſecundus, (3) ἔταμον, uel (4) ἔτεμον. Participium, ταμὼν, uel τεμών.

(5) Τίκτω, *pario* Futurum, (6) τέγω, a τέκω. Praeteritum medium, τέτοκα. Aoriſtus ſecundus, (8) ἔτεκον per ε. (8) nam ſecundo aoriſto uertit ε in α, id ferme fit praeſente aliqua immutabili, δέρω, ἔδαρον, *excorico*, πλέκω, ἔπλακον, *plico*.

(9) Τιτράσκω, *uulnero*. Futurum, (10) τρώσω, a (11) τρώω. Saepe barytona quoque habent reduplicationem, δράω, διδράσκω, *fugio*: μνεω, μιμνήσκω, *in memoriam reuoco*.

(12) Ερέχω, *curro*. Fut. θρέξω, per θ. Praet. διδράμηκα, a δραμέω. Aor. ſec. (13) ἔδραμον, (14) a δρέμω. Fut. ſecund. med. δραμοῦμαι.

Τρώγω, *comedo.* Aoriſtus ſecundus, (15) ἔφαγον, a φήγω. Futurum ſecundum medium, φήγομαι, pro (16) φαγοῦμαι, (17) uc ἔδομαι, & πίομαι, *edam, bibam.*

(11) Τυγχάνω. *ſum, ſortior, nanciſcor.* Fut. (19) τεύξομαι, a (20) τεύχω: Aor. ſec. (21) ἔτυχον. Praet. (22) τετύχηκα, a (23) τυχέω: at (24) τέτυκται, *eſt, & paratus eſt*, tertia praet. paſſ. pro (25) τέτευκται, a τεύχω, Vide in ἄφυκτος, *ineuitabilis.*

(1) Vel τμήσω, *a* τμέω: *uel etiam regulare* τεμῶ: *prima plural.* τεμοῦμεν, *uaſtabimus: futurum medium,* τεμοῦμαι. *Perfectum actiuum* τετέμηκα, *ſyncope* τέτμηκα: *hinc paſſ.* τέτμημαι: *participium,* τετμημένος, *inciſus: aoriſtus primus,* ἐτμήθην, *exciſus ſum: infinitiuus* τμηθῆναι, *uaſtari. participium,* τμηθεὶς, τμηθεῖσα, *ſectus, ſecta. Ceterum a futuro* τμήξω, *fit aoriſt. prim.* ἔτμηξα, *participium,* τμήξας: *compoſita* ἀποτμήξας, *quia abſcidit:* διατμήξας, *qui ſulcauit. (2) Hinc etiam aoriſtus ſecundus,* ἔτμεγον, *&* ἔτμαγον: *paſſiuum,* ἐτμάγην: *tertia plural.* ἐτμάγησαν, *Boeotice, uel ſyncope,* ἔτμαγεν, *ſine augmento* τμάγεν, *secti, uel ſeparati ſunt: participium,* τμαγεὶς, *&* τμηγεὶς, *ſciſſus. (3) Sine augmento* τάμον, τάμες, τάμε: *futurum ſecundum,* ταμῶ: *medium,* ταμοῦμαι. *(4) Infinit.* τεμεῖν. *(5) De hoc ſupra. (6) Medium,* τέξομαι, τέξῃ, τέξεται, *pariam, es, et: perfect. act.* τέτεχα: *paſſiuum,* τέτεγμαι ξαι, κται; *hinc aoriſt. primus,* ἐτέχθην, *natus ſum: ſubiunctiuus,* τεχθῶ, τεχθῇς, τεχθῇ, *in lucem editus fuero, is, it: infinitiuus,* τεχθῆναι, *naſci: participium,* τεχθεὶς, *natus, genitus: futurum primum,* τεχθήσομαι, *naſcar. (7)*

Sine

Sine augmento, τέκον: tertia persona, τέκε, peperit, item genuit, de uiro: aoristus secundus medius, ἐτεκόμην, &, reiecto augmento, τεκόμην, τέκου, τέκετο (8) Reddit rationem, cur τίκτω, siue τέκω, non faciat in aor. secund. ἔτακον, cum dictum sit, paenultimam ε mutari in aorist. sec. in α: uerum id, inquit, solum habet locum, cum paenultimã ε praecedit, aut sequitur aliqua immutabilium λ, μ, ν, ρ: atque hinc excipiuntur λέγω, θλέγω, βλέπω, ἐνέγκω: de quibus supra. sic interdum τέμνω, ut in uerbo praecedenti dictum est. (9) Hoc uerbum continetur ea regula, quam assignauit supra. σκω, & σκομαι, tamquam ω, et ομαι. nam reduplicatio τι non seruatur nisi in praesenti, & imperfecto, ut de uerbis in μι dictum est. sic a μιμνήσκω, futur. μνήσω: a διδύσκω, ingredior, submergor, futur. δύσω, perfect. δέδυκα: plus quam perfect. ἐδεδύκειν: tertia plural. ἐδεδύκεισαν, & Attice, ἐδεδύκεσαν, submersi, uel submersae fuerant. a κίκλησκω, uoco, futur. κλήσω. a πιπίσκω, potũ praebeo: futurum, πίσω: aor. pri. ἔπισα. a πιπράσκω, uel πιπρήσκω, uendo: futu. πράσω, uel πρήσω. uel dic huiusmodi uerba a suis primitiuis tempora mutuari: nempe κιτρώσκω a τρίω, uel τρώω: μιμνήσκω, a μνέω: διδύσκω, a δύω: κικλήσκω, a καλέω, cuius futur. καλήσω, &, syncope, κλήσω: πιπίσκω, a πίω πιπράσκω, uel πιπρήσκο, a πράω: hinc in partic. aor. pr. pass. πραθεί, uenditus. tamen διδράσκω seruat reduplicationem in futuro, διδράσω. Ceterum haec reduplicatio tam barytonorum, quam circumflexorum, (in quibus quoque locum habet) non solum fit per ι sed etiam per ε, more Ionico, ueluti de τέθνημι dictum est. ut κάμω, κεμάμω. laboro: κλῶ, κεκλῶ, iubeo: Haec a praeterito me-

 dio

dio fieri, innuit Clenardus. Interdum quoque (ut de uerbis in μι diximus) huiusmodi reduplicatio fit, repetitis duabus litteris thematis initialibus, ut ἀλκέω, ἀλαλκέω, arceo, expello. (10) Hinc aoristus primus, ἔτρωσα: perfectum, τέτρωκα: passiuum, τέτρωσμαι, τέτρωσαι, τέτρωσαι, assumpto σ, unde aoristus primus, ἐτρώθην: infinitiuus, τρωθῆναι, sauciari, uulneratum esse. participium, τρωθεὶν, laesus, sauciatus. (11) Vel a τρόω. dicitur & τρῶμι: unde imperfectum, ἔτρων, ἔτρως, ἔτρω, cum uulnerabatur. (12) A futur. θρέξω aoristus primus, ἔθρεξα, &, poetice, θρέασκον, cucurri, & cucurrerunt, uel currebam, & currebant. futurum medium, θρέξομαι, θρέξῃ, & Attice, θρέξει: cum περὶ, περιθρέξει circumcurres. (13) Infinitiuus, δραμεῖν, &, Dorice, δραμῆν, cucurrisse. (14) Poterat enim duci a δραμέω: sed praeteritum medium, δέδρομα, cucurri, a δρέμω formandum, non a δραμέω: nam ex hoc fieret δέδραμα. Quidam haec tempora non ad τρέχω, sed ad διδράσκω, referunt. (15) Sine augmento, φάγον, imperatiuus, φάγε: subiunctiuus, φάγω, φάγῃς, φάγῃ, cum πρὸ, προφάγῃ, ante ederit: prima plural. φάγωμεν, comedamus: infinitiuus, φαγεῖν. Facit quoque τρώγω, in aoristo secundo ἔτραγον, infinit. ἔτραγεῖν, comedere. (16) Quo poetae utuntur. (17) De his, supra. (18) Hinc τυγχανόντων, assequantur, pro τυγχανέτωσαν. (19) Tertia persona, τεύξεται, consequetur: infinitiuus, τεύξεσθαι, fruiturum esse: participium, τευξόμενος, adepturus, consecuturus. (20) Τεύχω in usu habetur pro struo, facio, fabrico: hinc in tertia plural. imperfecti passiui sine augmento τεύχοντο, struebant. In aoristo primo actiuo,

σεῦξε,

τεῦξε, pro ἔτευξε, *fecit, tertia plurali* τεῦξαν, *fecerunt.* (21) *Hinc imperat.* τύχε, *consequere: optatiuus,* τύχοιμι, τύχοις, τύχοι: *tertia plural.* τύχοιεν; *subiunctiuus,* τύχω, τύχης, τύχῃ, *prima plural.* τύχωμεν: *infinitiuus,* τυχεῖν: *participium,* τυχὼν, τυχοῦσα, *nactus, nacta, consecutus, a.* *Aoristus secundus medius,* ἐτυχήμην, *Ionice* ἐτυκόμην, *poetice* τετυκόμην, *&* τετυχόμην, *paraui, struxi: hinc in tertia plural.* ἐτετύκοντο: *& in prima plural. optatiui* τετυχοίμεθα. (22) *Ionice,* τετύχηκα, *nactus sum.* *A* τετύχηκα, *tertia persona* τετύχηκε, *fuit, est, sine participio.* (23) *Hinc etiam fit* τύχησε, *contingit: aoristus primus sine augmento.* (24) *Sic in plus quam perf. pro* ἐτετεύγμην, *&, ablato* ε, τετόγμην, *eram, seu fui; tertia persona,* τέτυκτο, *erat, imperatiuus,* τέτυξω, τετύχθω, *sis, sit: infinitiuus,* τετύχθαι, *esse participium,* τετυγμένος, *factus, fabricatus, elaboratus: inuenitur &* τετευγμένος, *consecutus. Aor. primus,* ἐτύχθην, ἐτύχθης, ἐτύχθη, *effectus sum, es, est.* (25) *A* τέτευκται *fit tertia plnral. Ionica,* τετεύχαται, *fabrefacti sunt.*

Ὑπισχνοῦμαι, *promitto.* Futurum, ὑποσχήσομαι. Praeteritum', (1) ὑπέσχημαι. Aoristus primus, ὑπεσχέθων. Aor. secundus medius, (2) ὑπεσχόμην, ab (3) ὑποσχέομαι: at futurum, ὑποσήσομαι, *promittam,* ab (4) ὑφίσαμαι. Aoristus secundus, (5) ὑπέσων.

(1) *Hinc infinitiuus,* ὑπεσχῆσθαι, *promisisse.* (3) *Imperatiuus* ὑπόσχου, *&, Ionice,* ὑπέσχεο, *pro* [illegible]: *infinitiuus,* ὑποσχέσθαι, *spopondisse: participium,* ὑποσχόμενος, *spon-*

sionem faciens, pollicitus. (3) *Quod componitur ex* ὑπὸ, *&* χέομαι*: actiuum,* χέω, *de quo in uerbo* ἔχω.

(4) *Quod etiam componitur ex* ὑπὸ, *&* ἵσαμαι, (5) *In* ὑπέςην, π *praepositionis* ὑπὸ *non migrat in* φ, *ut in* ὑφίςαμαι, *&* ὑφίςιμι. *nam simplex* ἔςην *leuem habet spiritum. Ab* ὑπέςην *tertia plur.* ὑπέςησαν, *&, syncope,* ὑπέςαν, *polliciti sunt: ut simplex,* ἔςησαν, ἔςαν, *tertia singularis imperatiui,* ὑποςήτω, *promittat, cedat: infinitiuus,* ὑποςῆναι, *promittere, cedere.*

(1) Φάναι dicere: praesens, φημὶ: φᾶναι uero, per ᾶ, *lucere, apparere:* aoristus primus a φάνω, *luceo, appareo.* pro quo & φῦναι, ἀποφῦναι, *demonstrare:* (2) ut μιᾶναι, μιῦναι, *foedare.*

Φέρω, *fero.* Futurum, (3) οἴσω, ab οἴω. Aoristus primus, (4) ὤνεγκα: secundus, (5) ὤνεγκον, ab ἐνέγκω. Praet. med. (6) Atticum ἐνήνοχα, διενήνοχα, *excellui,* ab ἐνέχω. Aorist. prim. pass. (7) ἠνέχθην. (8) Particip. ἐνεχθεὶς: sic ἀναφέρω, *refero, respiro, conualesco:* ἀνηνέχθην, ἀνενεχθεὶς, refocillatus. Ceterum per syncopen dicta sunt φέρειν, φρεῖν, *ferre.* φέρω, φρῶ, *fero:* unde φρῆμι. Imperatiui secundus aorist. φρὶς, *fer.* εἴσφρες, *infer, admitte, irrumpe:* ἔκφρες, *effer, emitte:* ut (9) θὲς, *pone.* Aor. pri. ἔφρησα. Fut. φρήσω, (10) εἰσφρήσω, *inferam, admittam.*

Φθάνω, *assequor, quod efficere contendo, praeuenio.* Futurum, (11) Φθάσω, a φθάω. Aoristus secundus, (12) ἔφθην a φθῆμι. Optat. φθαίην.

Φθίνω, *tabesco.* Futurum, φθίσω a (13) φθίω, (14)

com-

complura in νω, dum tempora formant, negligunt ν, φθάνω, φθίνω, πίνω, bibo, tamquam φθάω, φθίω, πίω.

Φύω, produco. (15) Futurum, φύσω. (16) Aoriſtus ſecundus, ἔφυω, a (17) φῦμι.

(1) De hoc ſupra. (2) Ab aoriſto pri. indicatiui, ἐμίανα, communiter, & ἐμίηνα Attice, ut habes ſupra. ſic a φαίνω, aoriſt. pr. ἔφανα, & ἔφηνα, ἔφηνας ἔφηνε: cum ἐν, ἐνέφηνεν, oſtendit. Aor. med. ἐφηνάμην: tertia perſona, ἐφήνατο, apparuit. Huius perſ. paſſ. πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφανται, unde aoriſt. pri. ἐφάνθην, &, poetice, pleonaſmo τοῦ α, ἐφαάνθη, ἐφαάνθης, ἐφαάνθη, apparui, iſti, it. (3) Dorice, οἰσῶ: fut. med. οἰσῇ, feram, fere pro οἴσομαι, οἴσῃ. Ab οἴω perf. eſſet ᾦκα, paſſ. ᾦσμαι, ᾦσαι, ᾦσται: unde, reiecto augmento, fit verbale, οἰστέος, ferendus, & οἰστέον, ferendũ eſt: hinc etiam aoriſt. prim. ὤσθην, ὤσθης, unde fut. pr. οἰσθήσομαι ferar. (4) De hoc ſupra. Pro ἤνεγκα, poetae dicunt ἤνεικα, &, depoſito augmento ἔνεικα, ας, ε: cum κατὰ κατένεικε, detulit: &, cum augmento Attico ε in medio, ἐνέεικα, ab ἐνείκω: in optat. Aeolico, ἐνείκειε, intuliſſe: infi. ἐνεῖκαι, attuliſſe: part. ἐνείκας, qui tulit. Aor. prim. med. ἠνεικάμην, retuli: tertia perfect. ſine augmento ἐνείκατο, reportauit: ſubiunct. ἐνείκωμαι, tertia plur. ἐνείκωνται, attulerint. (5) Sine augmento, ἔνεγκον, tuli: infi. ἐνεγκεῖν, ſuſtinere, tuliſſe. part. ἐνεγκών, qui tulit: ἐνεγκοῦσα, quae tulit: ſumitur pro patria. (6) Attici enim inchoatorum ab ε o, & α breui, praeterito communi praefigunt duas priores litteras praeſentis. Hic vero notan-

dum,

dum, in ἐνήνεχα, ε paenultimam praeſentis ἐνέχω mutatam in ο more diſyllaborum, vt λέγω, λέλογα. polyſyllaba enim regulariter non mutant ε in ο, quamuis ab ἔχω ſimplici diſyllabo poſſit ductum videri. Ab ἐνήνοκα, par. ἐνηνωχὼς, qui tulit. Pro ἐνήνοχα, Macedones dicunt ἀγκοχα: tertia plu. ἀγκόχασιν. (7) Et ἠνείχθην, ſine augmento ἐνείχθην, latus ſum, participium, ἐνειχθεὶς, latus, ab ἐνείκω: ἠνέχθην vero, ab ἐνέχω, cuius perfectum paſſiuum ἤνεγμαι, unde participium, ἠνεγμένος, ſublatus: cum διὰ, διηνεγμένος, exportatus. (8) Imperatiuus, ἐνέχθητι: optatiuus, ἐνεχθείην, ἐνεχθείης ἐνεχθείη: ſubiunctiuus, ἐνεχθῶ: infinitiuus, ἐνεφθῆναι, cum κατὰ, κατενεχθῆναι, appulſum eſſe, deferri: participium, κατενεχθεὶς, depreſſus, delatus. κατενεχθέντες, ad terram venientes. (9) De hoc ſupra. (10) Aoriſtus primus, εἰσέφησα, vnde participiū, εἰσφήσας, qui irrupit: aoriſtus primus medius, εἰσεφησάμην: infinitiuus, εἰσφρήσασθαι, recipere, admittere. (11) Perfectū, ἔφθακα: plus quam perfect. ἐφθάκειν. Aoriſtus primus, ἔφθασα, &, Dorice, ἔφθαξα, praeueni: optatiuus Aeolicus, φθάσεια, φθάσειας, φθάσειε: infinitiuus φθάσαι: participium φθάσας, φθάσασα, praeueniens: τὸ φθάσαν, & cum πρὸ, προφθάσαν, quod praeterit. Eſt etiā aoriſtus primus, ἔφθησα, ἔφθησας, ἔφθησε, ſine augmento, φθῆσε, prae occupauit: a futuro φθήσω: vnde & medium φθήσομαι: tertia plural. φθήσονται, praeoccupabant. (12) Tertia perſona, ἔφθη, ſine augmēto, φθῆ, praeoccupauit: tertia plural. ἔφθησαν, ſubiunctiuus, φθῶ, φθῇς, φθῇ, Ionice φθέω, φθέῃς, φθέῃ, poetice φθείω, φθείῃς, φθείῃ, prima plural. φθείωμεν, &, poetica ſyſtole, φθείομεν, anticipemus. infinitiuus,

nitiuus, φθῆναι: inuenitur & φθάναι, quod praesens potest censeri a φθῆμι, participium, φθὰς, qui praeoccupauit. Aoristus secundus medius, ἐφθάμην: unde participiũ, φθάμενος, praeueniens, anteuertens. (13) Perfectum, ἔφθικα: passiuum ἔφθιμαι, ἔφθισαι, ἔφτιται, hinc tertia plur. Ionica, ἐφθίαται, corrupti sunt, plus quam perfectum, ἐφθίμην, ἔφθισο, ἐφθιτο, interijt, uel interierat: cum ἀπὸ, ἀπέφθιτη, interijt, ab ἔφθιτο, tertia plur. Ionica, ἐφθίατο, corrupti erant: perfect. optatiui, ἐφθίμη. pro ἐφθιμένος εἴην, more circumflexorum, & uerborum in μι: & rursus, deperdito augmento, φθίμην: cum ἀπὸ, ἀποφθίμην, interijssem. sic λελῦμην, λελῦο, λελῦτο. tertia plural. λελῦντο: &, sine augmento, λύμην, redemptus essem, uel redimerer, pro λελυμένος εἴην, a λύω, redimo, soluo. Ab ἔφθιμαι, infinitiuus, ἐφθίσθαι, &, sine augmento, φθίσθαι, perijsse: cum κατὰ, καταφθίσθαι, interijsse, uel φθίσθαι factum est per syncopen a praesenti φθέσθαι. sic participium φθίμενος, mortuus, peremptus, defunctus, per syncopem a praesenti φθιόμενος, uel pro perfecto ἐφθιμένος, detracto augmento, & mutato tono. sic compositum ἀποφθίμενος, peremptus, mortuus. A φθίω quoque inuenitur in subiunctiuo φθίῃς, pereas. a φθέω uero, infinitiuus passiuus, φθέεσθαι, &, crasi, φθεῖσθαι, interire. hinc etiam uerbum, φθῆμι, unde in optatiuo passiuo, φθείμην, φθεῖο, φθεῖτο, defecissem, praeterijssem, es, et: ut τιθείμην, sed absque reduplicatione. Sic τίσω, medium, τίσομαι, ulciscar: aor. prim. med. ἐτισάμην, supplicium sumpsi: tertia persona, ἐτίσατο, sine augmento τίσατο: optatiuus, τισαίμην, τίσαιο, τίσαιτο: tertia plural. τίσαιντο, &, Ionice, τισαίατο:

τισαίατο : infinitiuus, τίσασθαι : participium, τισάμενος : optatiuus actiuus Aeolicus, τίσεια, τίσειας, τίσειε : tertia plur. τίσειαν, luissent. A *τίνω, imperfectum ἔτινον, ἔτινες, unde tertia persona Ionica, τίνεσκε, luebat.* (15) *Perfectum, πέφυκα, natura comparatus sum, soleo, πέφυκε, natura comparatum est, innatum est : πεφύκασι, consueuerunt : plus quam perfect. ἐπεφύκειν, ἐπεφύκει, &, sine augmento, πεφύκει, creuerat : infinitiuus, πεφυκέναι, esse, adhaerere, natura esse : participium, πεφυκὼς, πεπυκῦα, πεφυκὸς, inhaerens, natus, aptus, natura, dispositus : Ionice, πεφυὼς, natus, productus : genitiuus, πεφυότος, &, poetica ectasi, πεφυῶτος : accusatiuus plural. πεφυῶτας, pro πεφυκότας : &, in nominatiuo plural. πεφυῶτες, cum σὺν, συμπεφυῶτες, concreti, consuti : femininum, ἡ πεφῦυια, syncope πεφῦα : cum ἐν, ἐμπεφῦα, implexa. Inuenitur etiam tertia plural. perfecti πεφύασι, pro πεφύκασι, producti, seu nati sunt. A perfecto πέφυκα, fit praesens πεφύκω, unde tertia plural. imperfecti ἐπέφυνον, pendebant, manabāt.* (16) *Ab ἔφυν tertia persona ἔφυ, &, sine augmento, φῦ, coaluit : participium, φὺς, natus.* F*acit quoque φύω, in aoristo secun. ἔφυον, unde pass. ἐφύην : tertia persona ἐφύη, enatus est.* (17) *Huius passiuum φύμαι : imperfectum, ἐφύμην, ἔφυσο ἔφυτο : tertia plur. ἔφυντο, &, sine augmento, φύντο, nascebantur.*

Χαίρω, gaudeo. Futurum, *χαρήσομαι.* Aoristus secundus pass. (1) *ἐχάρην,* a *χαρέω.*

Χάσκω, adspicio, hio, dehisco. Futurum, (2) *χανῦμαι.*

μαι. Praeteritumm medium, κέχηνα. Aoristus secundus, (3) ἔχανον, a χαίνω.

Χέω, *fundo*. (4) Futurum, χεύσω. (5) Aorist. pri. ἔχευα. Imperat. χέον. ἔκχεον, *effunde*. Infin. χέαι, *effudisse*. (6) Aoristus secundus, ἔχεον. Futu. secund. χεῶ, ἐκχέῶ, *effundam*.

Χρὴ, oportet. (7) a χρῆμι, perapocopen, χρὴ, (8) ἀπόχρη. Imperfectum, ἔχρην, & (9) χρῆν. Infinitiuus, χρῆναι.

(1) *Tertia persona*, ἐχάρη, *sine augmento* χάρη, *gauisus est: imperatiuus*, χάρηθι, *gaudet: optatiuus*, χαρείεν, χαρείη, *gaudeat: subiunctiuus*, χάρω, ῃς, ῃ, χάρητε, *gaudeatis: infinitiuus* χαρῆναι, *gauisum esse: participium*, χαρεὶς, χαρεῖσα, *gaudens, oblectatus, a. Aoristus secundus med.* ἐχαρόμην, *&, poetice*, κεχαρόμην, *vnde optatiuus*, κεχαροίμην, οιο, οιτο, *tertia plur.* κεχάροιντο, *& Ion.* κεχαροίατο, *gauisi fuissent. perfect. med.* κέχαρα, *gauisus sum.* (2) *Et actiuum*, χάνω, *hiabo. vide supra.* (3) *Hinc in optat.* χάνοι, *dehisceret: in subiunct.* χάνῃ, *hiauerit: infin.* χανεῖν, *hiscere, dicere.* (4) *De hoc supra. fit* χεύσω, *a* χεύω: *vnde & in tertia plur. imperf. pass.* ἐχεύοντο *&, sine augmento*, χεύοντο, *attulerunt. & aori. pri.* ἔχευα, *sine augmento*, χεῦα *aggessi: tertia perf.* χεῦε, *cum* περὶ περίχευε, *circumsparsit: imperat.* χεῦον, άτω, *tertia plur.* χευάτωσαν, *& Attic.* χευάντοε, *fundat. sumit etiam* χέω *quaedā tempora a* χῆμι, *vnde aor. pr. infinit. pass.*

pass. χεθῆναι, *diffundi: & part.* χεθεὶς, *fusus: quod &* χυθεὶς, χυθεῖσα, (*cum* ἀμφὶ, ἀμφιχυθεῖσα, *circumfusa*) *& assumpto* σ, χυσθεὶς *a* χῦμι, *vel* χύω *: futur.* χύσω. *aor. pri.* ἔχυσα *: imperat.* χύσον, *effunde : perfect.* κέχυκα, *pass.* κέχυμαι, υσαι, υται *: tertia plur.* κέχυνααι *: plus q. p.* κεχύμην, ἐκέχυτο, *ut, deposito augmēto,* χύτο, *fusus erat: hinc plural.* χύντο, *effundebantur : part.* κεχυμένος, *fusus. aorist. pri.* ἐχύθην, *cum* ἀμφὶ, ἀμφεχύθην, ης, η, *circumfusus sum, es, est.* (5) *A* χέαι *cum* ἀμφὶ, ἀμφιχέαι, *circumfundere.* (6) *Vide supra.* (7) *Vel a tertia pers.* χρῆσι, *iecto* σι, *per apocopen. Dores, pro* χρὴ, *dicunt* χρῆθα. (8) *De hoc, supra.* (9) *Sumitur* χρῆν, *pro praesenti* χρή, *atque pro infin.* χρῆναι. *inuenitur etiam subiunct.* χρῇ, *oporteat. Huc etiam referri potest* χάζω, *concedo, deuito, capio, anxie sollicitus sum : hinc fut.* χάσω, *aor. sec.* ἔχαδον, ες, ε, *sine augmento,* χάδον, χάδες, χάδε, *infin.* χάδων, *& Ionice,* χαδέειν, *cepisse. rursus, pro* ἔχαδον, *poetae dicunt* κέχαδον, *& Ion.* (*pag.* 23.) κεκάδον, *priuaui : par.* κεκαδὼν, *priuans, curans: aor. sec. med.* κεκαδόμην, *tert. plu.* κεκάδοντο, *cesserunt, priuarunt: pass.* κεκάδην, ης, *unde fut. sec.* κεκαδήσομαι, *curabo : pri. pl.* κεκαδησόμεθα. *A* χάζω *praet. med.* κέχαδα, *part.* κεχαδώς, ότος. *et poet. pleonasmo* τοῦ ν, κεχανδὼς, ότος, *accus.* τὸν κεχανδότα, *capientem.*

Ὠθέω, *expello.* (1) Fut. ὤσω. Aor. pr. (2) Attic. ἔωσα. Praeteritum pass. (3) ἔωσμαι, ab ὤθω.

(4) Ὦ ταν, *o amice, heus tu, o bene vir, quaeso,* pro ὦ ἐτὰν: (5) ἔτης, amicus, unde ἐτάν, ut Ἑρμῆς, Ἑρμᾶν: μέγι-

στος, μεγιστᾶν: ὦ ἐτᾶν, (6) sed synaloephe contrahit in ὦταν.

(1) Et regulariter, ὠθήσω, pellam. (2) Vide supra. Ab ὠθέω, imperfectum ὤθεον, ὤθουν, & Attice quoque, ἐώθουν, impellebam. Pro ἔωσα, inuenitur etiam sine augmento Attico, ὦσαι: tertia persona, ὦσε, pepulit, & Ionice aoristus primus medius, ἐωσάμην, tertia plural. ἐώσαντο, repulerunt: infinitiuus, ὤσασθαι, pellere: participium ὠσάμενος, irrumpens. (3) Tertia persona, ἔωσαι, repulsus est: unde aoristus primus, ἐώσθην, reiectus sum, participium ὠσθεὶς, praecipitatus, pulsus, trusus. Pro ἔωσμαι, dicitur etiam sine augmento ὦσμαι; vnde participium ωσμένος, pulsus. (4) Varie scriptum inuenitur, ὦταν, ὦ ταν, ὤταν, & ὦ τᾶν, atque ὦ τὰν & non solum singulari, sed & duali, & plurali, iunctum inuenitur, hoc est, o amici. (5) Ὁ ἔτης, ου, prima declinatione, in vocatiuo ὦ ἔτα, & Dorice (vt quidam volunt) ὦ ἔταν, hinc, per synaloephen, faciunt ὦταν. Clenardus vero paullo aliter videtur sensisse, vt ab ἔτης, ου, primae, faciat ἐτὰν, ἐτᾶνος quinctae, in uocatiuo ὦ ἐτὰν, & synaloephe ὦταν: vt a μέγιστος, ου, tertiae, idest, maximus, fit nomen quinctae, ὁ μεγιστὰν, μεγιστάνος, cuius plurale tantum est in vsu, οἱ μεγιστᾶνες. primates, megistanes, qua uoce & Latini vtuntur. Sic ab ἑρμῆς, ου, primae, fit ἑρμᾶν ᾶνος, quinctae, id est, Mercurius. (6) Sic ὦ γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, o bone vir, ὦ ναξ, pro ὦ ἆναξ, uel pro ὦ ἄνα, o rex, ὤνθρωπε, pro ὦ ἄνθρωπε, o homo: ὦνερ, pro ὦ ἄνερ, o vir, ὤριγνωτε, pro ὦ ἀρίγνωτε, o ualde insignis notae, id dicitur fieri Attice. Cum autem Attici in omni declinatione vocatiuum similem

nomi-

nomiuatiuo forment, dicunt quoque in voca, ὤνθρωπος, ὤνηρ: *unde etiam* ὦναξ, *pro* ὦνα, *e nominatiuo,* ὁ ἄναξ. *Idem non numquam obseruatur in nominatiuo cum articulo* ὁ, *ut* ὤδωνις, *pro* ὁ ἄδωνις, *Adonis, Veneris amasius.*

Rimantibus uerborum themata praecipuum ſit, ut in promptu, & tamquam ob oculos, habeãt coniugationem τύπτω, τρίβω & τίθημι, ac ſingulorum tẽporum exacte norint terminationes: deinde, memores, quomodo formentur tempora, ſenſim adſcendant, donec ſtatuendum ſit praeſens. Participium, ὀφθησόμενος, a futuro primo ὀφθήσομαι. Aoriſtus primus, ὤφθην: tertia praeteriti paſſiui, ὦπται: prima, ὦμμαι. Praeteritum actiuum eſſet ὦφα. Futurum, ὄψω. igitur praeſens ὄβω, ὄπω. ὄφω, ὄπτω: ὄβομαι, ὄπομαι, uel ὄπτομαι: ſed adhibitum Lexicon commonſtrabit ὄπτομαι, *video.*

ACCENTVS.

ACCENTVS Acutus afficit ultimam ſyllabam, paenultimam, aut antepaenultimam: Circumflexus, ultimam, aut paenultimam: Grauis, ultimã tantum. Dictionibus autem, quae ſic, uel ſic, notantur, huiuſmodi tribuerunt uocabula, Θεός, *Deus*, ὀξύτονον, acutus in ultima.

λόγος, *ſermo*, παροξύτονον, acutus in paenultima.

τύπτομεν, *verberamus*, προπαροξύτονον, acuts in antepaenultima.

ποιῶ, *facio*, περισπώμενον, circumflexus in ultima.

βοᾶτε, *clamatis*, προπερισπώμενον, circumflexus in paenultima.

τιμὴ, *honor*, βαρύτονον, grauis in ultima.

Grauis in omni ſyllaba intelligitur, quae nec acuitur, nec circumflectitur: at ſignatur ſolum in ultima. Nam ultima acuta fit grauis ob conſequentiam dictionis, Θεὸς ἡμῶν, *Deus noster*. (1) Excipe τὶς interrogatiuum, τὶς ἐποίησε; *quis fecit*.

Caſuum, & perſonarum, accentus ferme manet in eadem ſyllaba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Quando autem mutetur acccentus, aut e loco migret, ſic eſt accipiendum, Σῶμα, σώματος, *corpus*, ῶ in ώ: quia antepaenultima non circumflectitur. Σώματα, σωμάτων: ultima ſi fuerit longa, non acuitur antepaenultima, excipe Attica, Μενέλεως, *Menelaus*, λέξεως, *dictionis*: (2) & ſimilia. Βοάετε, βοᾶτε, *clamatis*, άε ᾶ. ex acuto, & graui, fit circumflexus. excipe (3) τὴν Λητόα, Λητώ, *Latonam*, & (4) τὼ νόω, νὼ, a νόος, *mens*, & (5) νῶϊ, νὼ, ab ἐγὼ. dualia enim in ω ſemper acuuntur, etiam contracta. (6) Ἑσαώς, *nixus*, *firmus*, *erectus*, ἑσώς non ἑσῶς, ex graui, & acuto, non fit

circumflexus. Ἑστὼς, ἑστῶτος: (7) longa ante finalem breuem circumflectitur. Ἑστῶτες, ἑστώτων. (8) longa ante finalem longam acuitur. Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, *Hercules*: breuis non eſt capax circumflexi, (9) nec item longa poſitione, ſed natura. σῶμα, *corpus*, τεῖχος, *murus*, βοᾶτε, *clamatis*, βοᾷ, *clamat*.

Diphthongi (10) finales, αι, & οι, in accentibus habentur breues, μοῦσαι, *muſae*, ἄνθρωποι, *homines*. Excipe (11) aduerb. οἴκοι, domi (nam οἶκοι, *domus*, nomen plurale eſt, & optat. ποιήσαι, feciſſet: at ποιῆσαι, infinitiuus aoriſti primi actiui, ποίησαι autem imperatiuus aoriſti primi medii.

(12) In declinationibus pariſyllabicis circumflectuntur genitiui, & datiui, licet reliqui caſus acuãtur. ὁ ποιητής, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ: τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς, *poeta*. Idem iudicium de genitiuo duali, & plurali, quinctae declinationis, ἡ χείρ, τῆς χειρὸς: ταῖν χεροῖν: τῶν χειρῶν, *manus*.

(13) Subſtantiuorum primae, & ſecundae declinationis genitiuus pluralis circumflectit ultimam, ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν, non Αἰνείων: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν. non μούσων. Adiectiua uero ſecundae declinationis a maſculinis tertiae, (14) Genitiuũ parem habẽt maſculino, ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων: ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων, *ſanctus*. Quod ſi maſculinum ſit quinctae, ultima genitiui feminini circumflectetur, ὁ ἡδὺς, *ſuauis*: μέλας, *niger*:

τύπτων,

τύπτων, uerberans: τῶν ἡδέων, μελάνων, τυπτόντων: ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύπτουσα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυπτουσῶν: in quibus etiam non eadem est paenultima Genitiui in utroque genere.

(15) Quinctae declinationis Genitiui, & Datiui disyllabi, Accentum sortiuntur in ultima: Nominatiui autem, Accusatiui, & Vocatiui in priore, ἡ χείρ, *manus:* τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν: αἱ, ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Excipe participia, θείς, θέντος, θέντι, *ponens, vel qui posuit,* ὤν, ὄντος, ὄντι, *exsistens*, &c. (16) etiam τῶν παίδων, *puerorum,* τῶν Τρώων, *Troianorum:* τῶν πάντων, *omnium,* & τοῖς πᾶσι, *omnibus.*

Circumflectuntur ευ, & ου finales, (17) ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ: *rex:* πανταχοῦ, *ubique:* praeter aduerbium, ἰδοὺ, ecce: at, (18) ἰδοῦ, *uide*, imperatiuus, ut τυποῦ.

Vocatiuus in ες a propriis in ης est προπαροξύτονος: ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Ἡρακλῆς, έος, (19) ὦ Ἡράκλεες, crasi Ἡράκλεις, *Hercules.*

Irregularia sunt, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν, *una:* (20) ὁ δεσπότης, *dominus,* μητιέτης, *consiliarius:* ὦ δέσποτα, μητίετα. Etiam ἡ μήτηρ, *mater,* θυγάτηρ, *filia:* τῆς μητέρος, (21) θυγατέρος, non μήτερος, θυγάτερος.

(22) Particulae, α, ευ, δυς, crebro accentum retra-

hunt,

hunt, παιδευτὸς, doctus, ἀπαίδευτος, indoctus: τακτὸς, ordinatus: εὔτακτος, bene constitutus: κινητὸς, mobilis: δυσκίνητος, motu difficilis: sic, ἑκὼν, voluntarius, ἀέκων, &, crasi, ἄκων, inuitus, λόγος, ratio, ἄλογος, irrationalis, εὔλογος, rationabilis, &c.

(1) Acutum quoque retinent dictiones oxytonae, cum eas sequitur dictio enclitica, vt Θεός σου, Deus tuus, θεός ἐστι, Deus est. (2) Videlicet hyperdisyllaba quartae declinationis Atticorum propriae, quae communiter declinata per tertiam, antepaenultimam acuerent, vt Μενέλαος, Μενέλεως, huic similia enumerauimus pagina 33. & 34. Per ea autem, quae voci λέξεως sunt similia, intellige genitiuum Atticum singularem, dualem, & pluralem, secundae declinationis cōtractorum, de quo supra. (3) Hoc fit, quia, vt uoce, sic & accentu, hic casus necessario sit similis alteri casui praecedenti eiusdem numeri, & idiomatis, vtpote nominatiuo, ἡ λητώ: sic vocatiuus, ὦ λητοῖ circumflectitur, quod uoce sit similis datiuo τῇ λητοῖ, qui circumflectitur propter synaeresim acuti, & grauis, verum in plurali dicimus, αἱ λητοὶ, acuto accentu. non est enim eiusdem numeri. Ceterum, τὴν, αἰδόα, αἰδῶ, circumflectitur, vt loco citato diximus. (4) Vide supra. (5) Vide supra. (6) De hoc supra. (7) Intellige, si paenultima debeat aliquo accentu affici, ac si natura lōga. Fallit enim haec regula, cum paenultima positione tantum producitur, vt τύπτε, τύψον. verbera. (8) Hic quoque intellige, si paenultima accentum habuerit, ac finalis sit longa, non sola positione, sed natura. nam χοῖνιξ, choenix, paenanflectitur,

ctitur, quamuis ultima sit longa positiuo. (9) Quae autem, & natura, & positione, producitur, est capax circũflexi, ut τυποῦντος, verberaturi: μᾶλλον, magis. (10) Sed ita finales, ut nulla consona eas in eadem syllaba sequatur. nam in μούσαις, et ἀνθρώποις, αι, & οι, non habentur breues. Eodem modo intellige de finalibus ᾳ, & ου, de quibus paullo post. (11) Habentur tamen pro breuibus πάλαι, olim, & πρόπαλαι, diu, iam olim. (12) Haec regula non habet locum in genitiuo singul. quartae declinationis: ut ὁ λεώς, τοῦ λεώ, populus: ὁ νεώς, τοῦ νεώ, templum: quae acuuntur. (13) Quidam hinc excipiunt, ὁ χλούνης, τῶν χλούνων, aper. ὁ χρήστης, τῶν χρήστων, fenerator: ὁ ἐτησίας, τῶν ἐτησίων, Etesias ventus: ἡ ἀφύη, τῶν ἀφύων, aqua, genus piscis. (14) Atque reliquos omnes casus, quod ad accentum attinet, nisi ultima longo impediat. ab ὁ ἅγιος, antepaenacuto, dicimus ἡ ἁγία, acuta paenultima, quod α finale longum impediat accentum poni in antepaenultima. at in nominatiuo plurali dicimus αἱ ἅγιαι, veluti οἱ ἅγιοι. nam αι habetur pro breui, non aliter, quã ο. tamen ab ὁ πόντιος, id est marinus, in Pindaro inuenitur genitiuus pluralis femininus ποντιᾶν ultima circumflexa, pro ποντίων, paenacute. (15) Haec regula complectitur etiam obliquos disyllabos per syncopen ex trisyllabis formatos, ut ἡ ἄρην, agna, τῆς ἀρνὸς, pro ἄρηνος, τῇ ἀρνὶ, τὴν ἄρνα. sic ὁ, καὶ ἡ κύων, κυνὸς, κυνί, κύνα, canis. Eodem modo ὁ ἀνὴρ, uir, τοῦ ἀνδρὸς, τῷ ἀνδρὶ, τὸν ἄνδρα, pro ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα, & similia in ηρ. at horum datiuus pluralis semper duarum syllabarum numerum excedit, propter α interpositum, ut ἀνδράσι: atque huiusmodi dati-

nus perpetuo paenultimam acuit. tamen τοῖς ἄστρασι antepaenacuitur. neque enim fit ab ὁ ἀστὴρ, έρος, cum non sit ex eorum numero, quae syncopen patiuntur, sed potius per metaplasmum, quem vocant, id est, transformationẽ cuiusdam casus ex una declinatione in aliã, ponitur pro τοῖς ἄστροις, a nominatiuo τὸ ἄστρον, ου, id est, sidus, siue signum, pluribus stellam constans: at ἀστὴρ unicam stellã significat. Eodem autem modo antepaenacuũtur & alij datiui, tam singulares, quam plurales, ex alia declinatione in quinctam tranformati: ut τοῖς πρόβασι. pro προβάτοις, a nominatiuo τὸ πρόβατον, ouis: τοῖς ἔγκασι, pro ἐγκάτοις, a nominatiuo plurali τὰ ἔγκατα, viscera. sic τῷ διχόμηνι, pro διχομήνῳ, ab ὁ διχόμηνος, semestris, semiplena luna: τῷ πολυπάταγι, pro πολυπατάγῳ, ab ὁ πολυπάταγος, multistrepus: τῷ μελίκρατι, pro μελικράτῳ, a τὸ μελίκρατον, mulsũ. Excipe ὑσμῖνι, pro ὑσμίνῃ, ab ἡ ὑσμίνη, pugna. fit enim quasi a nominatiuo ὑσμὶν, ὑσμῖνος. Illud & hoc loco notandum, nomen ἡ γύναιξ, τῆς γυναικὸς, quamuis in obliquis sit trisyllabum, more tamen disyllaborum, in genitiuis, & datiuis, habere accentum in ultima, in reliquis casibus in paenultima. Est autem nomen heteroclitum: huius inflexionem habes supra. (16) His adde τῶν δάδων, δμώων, θώων, κράτων, φῴδων, φώτων, a nominatiuis ἡ δὰς, fax: ὁ δμὼς, famulus: ὁ θὼς, lupus ceruarius: τὸ κρὰς, caput: ἡ φῴς, inustio ab igne facta in cruribus: ὁ φὼς, vir. Theodorus addit, τῶν λάων, lapidum: sed dictum puto per crasim, vel pro λαέων, ᾱ & ε in ᾱ contractis, a nominat. singulari τὸ λᾶος, τοῦ λάεος, & crasi λᾶος, vel pro λαοίων, & crasi λάων, a nominatiuo singulari ὁ λᾶας, τοῦ

λάαος, & crasi λᾶος. circumflectitur vero paenultima genitiui, λᾶος, quamuis sit disyllabus ut χειρὸς. regula enim de genitiuis, & datiuis quinctae disyllabis, eodem Theodoro teste, non habet locum in iis, quae fiunt ex contractione, ut τὸ κῆρ, τοῦ κῆρος, paenanflexe, a κέαρ, κέαρος, cor. sic τὸ ἦρ, ἦρος, uer, ab ἔαρ, ἔαρος, inueni tamen in multis locis, ac in emendatissimis exẽplaribus, κηρὸς, et ἠρὸς, accentu in ultima: ueluti in παιδὸς, licet fiat per synaeresim ex παῖς, παῖδος. tu videris: non tamen temere a sententia tanti viri discessionem faciendã arbitror. (17) Vt uocatiuus in ευ circumflectitur a nominatiuo acutitono εὺς: ita quoque accusatiuus singularis monosyllabus quinctae declinationis ultimã longã circumflectit, quamuis eam nominatiuus acuat, ut ἡ κλεὶς, clauis, τὴν κλεῖν. (18) Vide supra. (19) Vide supra. (20) His adde, ὁ ἀκακήτης, nullũ malum promeritus, ὦ ἀκάκητα: ἐυρυόπης, late sonans, ὦ ἐυρύοπα. Sunt & alij vocatiui quinctae declinationis in ον, a nominatiuo ων, qui accentum in antepaenultimam retrahunt: de his supra. (21) Accusatiuus τὴν θυγατέρα, &, syncope, θύγατρα, accentu in antepaenultimã retracto. Antepaenacuitur quoque huius uocatiuus ὦ θύγατερ: atque eodẽ modo in prioribus syllabis accentũ habent & omnes uocatiui in ερ a nominatiuis in ηρ, tã acutis, (qui quatuor enumerati sunt supra) quam grauitonis, qui septem inueniuntur, ἡ ἄστηρ, Aster, vrbs: ἡ δημήτηρ, ὦ δήμητερ, Ceres: ἡ εἰνάτηρ, ὦ εἴνατερ fratria, idest, fratris uxor: θυγάτηρ, filia: ὁ ἴβηρ, Iberus Hispaniae fluuius: ἡ μήτηρ, mater. Grauitonum quoque est ὁ πίηρ, sed eius uocatiuus est in ηρ, ὦ πίηρ, Pier, populus:

pulus: tamen, quae ab hoc deriuantur, mutant η in ε, ut ἡ πιερία, Pieria, mons Boeotiae: αἱ πιερίδες, Musae Pierides: & aduerbium πιερίηθεν, ex Pieria. Vide quoque, supra. (22) Quid in compositione significent α, ἀ, & δυς, diximus supra. Illud autem, & hoc loco obiter monendũ, has tres particulas, ac similes, in compositis, ex substantiuis adiectiua facere, ut patet ex ἄλογος, & ἄλογος. Ceterum α praepositum vocali assumit ν, ut ὅσιος, pius, sanctus; ἀνόσιος, impius, profanus.

(1) Verborum & participiorum accentus, (1) obseruandi sunt in coniugatione uerborum τύπτω, ποιέω, & τίθημι.

(2) Praeterita, & aoristi priore longa seruant accentum in compositis, εἶχον, *habebam*: κατεῖχον, *continebam*: εἶκα, *misi*: ἀφεῖκα, *dimisi*: εἷμαι, *missus sum*: ἀφεῖμαι, *dimissus sum*: ἧκα, *misi*: συνῆκα, *intellexi*: praeter οἶδα, *noui*: σύνοιδα, *conscius sum*, non συνοῖδα.

Monosyllaba longa, relicta post apocopen, acuuntur, (3) κρῆμι, κρή: post aphaeresim autem circumflectuntur, (4) ἔφην, ἔφης, ἔφη: φῆν, φῆς, φῆ, & ἦν, ἦς, ἦ, *inquam*. At breuia sunt acuta, (5) ἔβαν, βάν, *iuerunt*.

(1) *Si autem & quaedam de his praecepta desideras, ut breuiori via ad eorum obseruationem ducaris, haec accipe: Quoduis futurum secundum: Futura pri-*

ma vocis actiuae & mediae verborum quinctae coniuga tionis. Uterque aoristus subiunctiui passiui: Secunda persona singul. aoristi secund. imperatiui medij in ου: Praesens, & perfectum optatiui, & subiunctiui passiui verborũ in μι, quae sunt vere passiua. Praesens, & Aoristus secund. verborum quoque in μι in optatiuis, & subiunctiuis cuiuscumque uocis: Perfectum optatiui, & subiunctiui passi. circumflexorum: haec omnia, inquam, tempora recipiunt accentum, eumque circumflexum (modo nulla regula generalis impediat) in vocali, siue diphthongo, quae characteristicam immediate consequitur, ut in τυπῶ, & τυποῦμαι, circumflexus est in ῶ, & οῦ, quae characteristicam π sequuntur. Ceterum, in verbis in μι, & circumflexis, de quibus hoc loco sermo habetur, characteristica, & uocalis, siue diphthongus mox sequens characteristicam, re ipsa non differunt, ut in τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο, &c. ει occupat sedem characteristicae, & vocalis sequentis characteristicam. Aoristus vero primus infinitiui vocis actiuae, & omnia tempora infinitiuorum, cõmuniter finita in ναι, habent accentum in paenultima, ut ποιῆσαι, πεποιηκέναι, fecisse. Reliqua tempora, quae his duabus regulis non sunt, comprehensa, antepaenacuuntur, modo ultima non producatur, tum enim paenultimam acuunt: ut ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην. Si autem antepaenultima desideretur, paenultima recipit tonum, ut τύπτε. Notandum uero hoc loco, finales ancipites α, & ι, in uerbis semper corripi: υ uero produci, ut τέτυφα, τέτυφας, ζεύγνυμι, ἔζευγνυν. in participijs autem masculinis desinẽtibus in ας, α producitur, ut ποιήσας, acuta paenultima.

at

at neutrum ποιῆσαν *paenultimam circumflectit. Et hactenus de toto uerborum. Participiorum uero accentum sic paucis accipe: Finita quidem in* μενος *antepaenultimã acuunt, excepto perfecto passiuo, quod cum praesenti, aoristo primo, & futuro primo barytonorum uocis actiuae habet accentum in paenultima. Reliqua uero omnia participia ultimam acuunt, praeterquam futurum secundum, quod eam circumflectit. Per barytona autem hic intelligo ea etiam temporum circumflexorum, & uerborum in* μι, *quae nihil uariant ab inflexione barytonorum. (2) Reliqua uero tempora tonum in antepaenultimam transferunt: ut* κεῖμαι, ἀνάκειμαι, ἐπίκειμαι, διάκειμαι. *(3) Quaere uerbum* χρὴ, *in Inuestigatione thematis. (4) Vide supra. (5) De hoc supra.*

Quaedam omnino carent accentu, (1) ὁ, ἡ. (2) εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, *si:* (3) οὐ, οὐκ.

Interdum praeter accentum natiuum (qui unus est tantum in una dictione) adsciscitur alter, propter dictiones encliticas, quae proprium accentum remittunt ad praecedentem syllabam.

Sunt autem enclitica, (4) τὶς, τινὸς, infinita: *aliquis, alicuius:* (5) τοῦ, τῷ pro τινὸς, τινὶ, *alicuius, alicui.* (6) εἰμὶ, *sum,* & (7) φημὶ, *dico,* (8) toto praesente. (9) μοῦ, μοὶ, μὲ, *mei, mihi, me:* σοῦ, τοὶ, σὲ, *tui, tibi, te.* aduerbia (10) infinite capta, ποθὲν, ποθὲ, *alicunde:* ποθὶ, *alicubi, aliquando:* ποτὲ, *tandem:* πῶς, *quodammodo:* πῶ, *adhuc, dum:* πῆ, *alicubi:* ποῦ, *usquiam.* (11) τὲ, *que,* γὲ, *qu dẽ:* (12) *ut* εἴτις, *si quis:* εἴτινα, *si quem:* εἰπέμοι, *dicito mihi:* σῶμάσου *corpus tuum:* ἤκουσέμου, *audiuit ex me.*

Per-

Persona ἐστὶ, *est*, principium orationis, aut subdita post οὐκ, *non*: καὶ, *&*: ἀλλὰ, *sed*: ὡς, *ut*: εἰ, *si*: τοῦτο, *hoc*, remittit accentum in priorem syllabam, ἔστι πόλις, *est ciuitas*: καὶ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἔστι, ὥς ἔστι, εἰ ἔστι, τοῦτ᾽ ἔστι: alioqui in praecedentem dictionem: καλός ἐστι, *pulcher est*: ἄνθρωπός ἐστιν, *homo est*: σῶμά ἐστι, *corpus est*. Ἑρμῆς ἐστι, *Mercurius est*. Et de accentu quidem hactenus: reliquum est, ut de constructione, quatenus est opus, agamus.

(1) Hi duo articuli, ὁ, ἡ, in nominatiuo quoque plurali destituuntur accentu, οἱ, αἱ. Reliqui uero casus articulorum, tam praepositiuorum, quam subiunctiuorum aliquo semper notantur tono; circumflexo quidem in genitiuis, et datiuis, cuiusuis numeri: alias uero acuto: qui tamen fere semper, ob dictionis consequentiam, mutatur in grauem. (2) Ceterae praepositiones, tam monosyllabae, quam disyllabae, ultimam grauant, nisi cum aut suis casibus per anastrophen postponuntur, aut pro uerbis compositis sumuntur: tum enim paenultimam acuunt, ut γέρως πέρι, pro περὶ γήρως, de senectute. & πάρα, pro πάρεστι, uel πάρεισι, adest, uel adsunt. ἔνι, pro ἔνεστι, inest, licet. Significationem autem, & constructionẽ, praepositionum habes in sequẽti tractatu de ratione syntaxeως. (3) Sic οὐχ, quod idẽ significat, quod οὐ & οὐκ, sed ου ponitur ante consonantes, οὐ σύ, non tu, οὐκ ante uocales laeuigatas, οὐκ ἐγὼ, nõ ego, οὐχ ante adspiratas, οὐχ οὗτος, nõ hic: in fine tamen sententiae semper dicitur οὔ, cũ accentu acuto, etiam ante uocales, ὡς quoq., idest, ut, accentu destituitur. (4) Vide supra. (5) Quaere supra. (6) De hoc supra. (7) De hoc supra.

(8) Se-

(8) Secunda tamen utriusque persona singular. εἶ, es, & φῄς, ais, non inclinatur. (9) Sunt item & multa alia pronomina enclitica, ex uarijs idiomatibus desumpta, de quibus supra. atque haec fere sunt: in prima persona μεῦ pro μοῦ: in secunda σεῦ, & σέω, pro σοῦ: sic τοὶ, pro σοὶ, & τὺ, pro σὲ: in tertia οὗ, & εὗ pro οὗ. sic οἷ, & ἕθεν, ac μὶν pro ἓ: in duali σφὲ, & σφωὲ, siue σφὼ, pro σφὲ: nam σφὼ secundae personae encliticum non est: in plurali σφίσιν, & σφὶν, siue σφὲ, pro σφίσι, sic σφέας pro σφᾶς. non tamen enclitica sunt huiusmodi pronomina, si ponãtur cum praepositionibus, aut cum disiunctiuis coniunctionibus, aut cum particulis ἕνεκα, οὕνεκα, uel εἵνεκα, id est, propter caussam: aut cum per appositionem ad aliam personam, ut ἐμοῦ ἤκουσεν, ex me audiuit, non ab alio. at ὤκουσέ μου, ex me audiuit, simpliciter, ita tamen, ut ab alio audire potuerit. (19) Sumpta uero interrogatiue non sunt enclitica sed disyllaba paenacuuntur, & monosyllaba circumflectuntur. πόθεν, uel πόθε, unde? πόθι, ubi? πότε, quando? πῶς quomodo? πῇ, qui? quonam modo? ποῦ, ubi? at πὸ, pro πόθι, uel πόθεν, acuitur, & Doricum est. (11) Occurrunt & aliae coniunctiones encliticae apud poetas, quae fere, uelut otiosae, in oratione redundant: atque ideo Expletiuae nuncupantur: ut θὲν, θὴν, κὲ, κὲν, νὺ, νὺν, πὲρ, ποῦ, ῥὰ, τάρ, τοί. Inclinatur etiam οὖν post οὐκ, si tantum neget, ut οὔκουν, non: si uero infert, uel interrogat, retinet accentum, οὐκοῦν, igitur, absque negatione. δὲ quoque inclinatur, quando in diuisionibus cum articulis positum patitur apostrophum, ὅδ', τοῦδ', &c. Ceterum κε, & κεν non raro potentialem modum indicant, ueluti ἂν: φαίνσκέ, uel φαίνς κεν, id est,

φαίης ἂν, dixeris, diceres, dicere posses, saepe tamen redundant, ut etiam nonnumquam ἂν. (12) Exemplis indicat, quae dictiones ultimam acuant, ob particulas encliticas subsequẽtes, nempe eae, quae alias accentu destituerentur, de quibus paullo ante, ut εἰ, εἴτις. Deinde, dictiones oxytonae, quae tamen alias, ob dictionis consequentiam, ob dictionis consequentiam, ultimam grauarent, ut εἰπὲ, εἰπέμοι. Dictiones quoque paenanflexae, ut σῶμα, & ante paenacutae, ut ἤκουσε, sequente enclitica, ultimam acuunt, σῶμάσου, ἤκουσέμου. tamen uocabula paenanflexa, quae ultimam positione producuunt, acutum, ob encliticam, non recipiunt, ut φοῖνιξἐστὶ, phoenix est, non φοινίξ ἐστι. Si autem particulas encliticas praecedat dictio, ultimam habens circumflexam, encliticae natiuum accentum prorsus amittunt, ut θεοῦ σου, dei tui: θεοῦ ἐστι, dei est. Si uero dictio praecedens paenacuatur, enclitica sequens, monosyllaba quidem accentum eodem modo amittit, sed disyllaba illum retinet, ut λόγος μου, sermo meus: λόγος ἐστὶ, sermo est. tamen, si dictio praecedens paenacuta, trochaita fuerit, habens scilicet paenultimam sola positione longam, & ultimam breuem, enclitica sequens, accentum, iuxta quosdam, in praecedentis ultimam reycit, non aliter, quam si praeiret uocabulum trochaicum paenultimam circumflectens, quale est σῶμα: ut ἄνδράμου, uirum meum: ἄνδρατινα, uirum quendam.

RATIO. SYNTAXEOS

DE Graecorum conſtructione tantum praecipienda ſunt ea, in quibus nobiſcum non conſentiunt.

Neutrum plurale uerbo gaudet ſingulari, ζῶα τρέχει, pro τρέχουσι, *animalia currunt.*

Genitiuum multis adhibent, quibus nos ablatiuum, ſiquidem uterque caſus ponitur abſolute. Latini, me praeſente. Graeci, μοῦ πάροντος. Quandoque participium ſolum, ἐλθόντων δὲ, ubi autem ueniſſent, intelligendo caſum rei conuenientis. Attice pro hoc genitiuo eſt accuſatiuus, & ferme cum ὡς, & ὥσπερ, ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, *uiro iſtud facturo.* eſtq. iſtud receptisſimum in participijs imperſonalium, δέον, *cum deceret, cum ſit decorum,* δεῆσον, *cum oportuerit:* ἐξὸν, *cum ſit permiſſum:* ἐνὸν, *cum liceat:* προσῆκον, *cum deceat:* παρὸν *cum adſit facultas:* ἐνδεχόμενον, *cum fieri poſſit:* ἐξὸν αὐτῶν ποιῆσαι, cum ipſi permiſſum eſſet facere: ὡς μηδὲν αὐτῶν διαφερὼν, tamquam nihil eius interſit, δόξαν ἐμοὶ γράψαι, ubi mihi ſtatutum eſſet ſcribere: ἀδήλον ὄν, cum ſit incertum, &c.

Genitiunm poſtulant comparatiua, & ſuperlatiua, σταχάνυς δικαιότερος, *trutina iuſtior;* βέλτιστος ἁπάντων, *optimus omnium.* Verba, quae animi affectionem ſigni-

significant, ἐρῶ, ἐπιθυμῶ, *amo, desidero*, & similia. Verba sentiendi, curandi, participandi, priuandi, assequendi, frustrandi, dominandi, dissidendi, copiae, & inopiae, quorum exemplis supersedendum diximus, monuisse tantum contenti. Adhaec uerbalia per α priuatiuum facta, ἀθέατος ἀληθείας, *qui non spectauit ueritatem*. Verbalia in ικὸς, ποριστικὸς τῶν ἐπιτηδίων, *suppeditator idoneorum*. Et adiectiua plurima, ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος, *dignus, indignus, inexpertus*. Et alioqui quoduis adiectiuum partitiue positum, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, qui inter amicos ingenui sunt, quale illud Plinianum, Ouorum oblonga. Praeterea uerbum substantiuum εἰμὶ, & γίγνομαι: τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, horum de numero est Plato: quod uerbum quandoque omittitur, ut οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγὼ, *neque ego sum de numero nocentium*.

Partitionis genitiuum mutant in casum partium, οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, pro τῶν ἀνθρώπων, *hominum alij probi, alij improbi*. sic τοὺς ὅλους, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδει, pro τῶν φίλων ξε, *amicorum alios quidem interficit, alios uero pauperes reddidit*: & ita per omnes casus.

Crebro etiam genitiuus ἐλλειπτικῶς ponitur, deficiente ἕνεκα: ὦ δαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, ἕνεκα τῆς τύχης, *beatũ te praedico*, ob felicitatem, aut quod ad felicitatem pertinet. utrumque enim significat ἕνεκα: & ὦ μακάριε τῆς θέας, beatus, qui ista uideris.

In genitiuo ponitur materia, πεποίηται λίθου, *factū est e lapide.* Pars, ἔπιον τοῦ οἴνου, *bibi e uino.* λαβόμενος τοῦ ποδὸς, *accipiens pede.* Pretium, ὠνησάμην δύο ὀβολῶν, *emi duobus obolis..* Tempus, νυκτὸς καὶ ἡμέρας σπουδάζει, *noctu, & diu studet.* Temporis uero continuitas in accusatiuo, ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, *tota die operatus sum,* quod & in datiuo, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, *xx. totis annis peregrinatus.*

Genitiuum regunt ἅλις, *satis:* ἕνεκα, *caussa:* χάριν, *gratia:* ἄνευ, *sine:* δίκην: *instar:* πλὴν, *praeter:* μεταξὺ, *interim, dum:* πάρεργον, *obiter:* φεῦ: *heu:* ὦ, ὁ: βαβαὶ, *papae:* ἡράκλεις, *hercule, dij boni:* οἴμοι, *hei mihi:* & huiusmodi exclamationes, etiam εὐθὺ, *recta:* πόῤῥω, *procul:* ἀπο, *pro* ἄποθεν, *procul, ab:* ἔξω, *extra:* χωρὶς, *sine.* & aduerbia localia, ποῦ, *ubi?* πόθεν, *unde?*

Datiuo tribuuntur uerba sequendi, ἀκολουθῶ, ἕπομαι *sequor.* Certandi, ἐρίζω, *contendo,* πολεμῶ, *belligero:* ἀγωνίζομαι, *certo:* μάχομαι, *pugno.* Quaecumque passiue capiuntur πεποίηταί μοι, *factum est mihi:* pro ὑπ' ἐμοῦ, *a me,* ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, uulgo ignotum.

Composita a σὺν & ὁμοῦ, σύντροφος, *collactaneus,* ὁμόψηφος, *consentiens, eiusdem sententiae.*

Datiui casus in instrumentum, ἀπέκτεινε τῷ ξίφει *interfecit gladio.* Caussa, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, *inuidia haec facit.* Modus actionis, τίνι τρόπῳ γράφεις, *quomodo*

scri-

ſcribi? Et quandoque pretium. Chryſoſt. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, *propria morte gregem emens.*

Datiuum habent cum genitiuo ἀμφισβητῶ, *dubito, certo,* μετέχω, *participo:* κοινωνῶ, *communico:* συγγινώσκω, *ignoſco.* φθονῶ, *inuideo,* & impersonalia, δεῖ, *oportet.* μέτεστι, *abeſt:* μέλει, *curae eſt:* μεταμέλειν, *paenitet.* In datiuo pronominis αὐτὸς ſaepenumero intelligitur praepoſitio σὺν, ut ἀποτεμὼν αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτέρα, hoc eſt, σὺν αὐταῖς, *una cum ipſis ulnis pennas amputās.*

Accuſatiuum admittit quoduis uerbum nominis ab eo deducti. τοιούτους γάμους γαμῶν, *tales nuptias iniens:* ἀδικῶ σε ἀδικίαν, *afficio te iniuria*: aut nominis relatiuum: ἣν ἀδικίαν ἣν ἀδικῶ σε, *iniuria, qua te afficio.*

Vbique locus eſt accuſatiuo, ſi intelligas κατὰ: Σύρος καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, *Syrus, & nomine, & patria.* Sic Virgilius, Cetera Graius.

Et qualia ſuut poetis noſtris uſitatiora, Fractus membra, & ſimilia, ijs Graeci paſſim utuntur, τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, *nares duco muco plenus*: κόσμιος τὴν ἀναβολὴν; *ornatus ueſtem:* τὸ σχῆμα δ᾽ εὐπρεπὴς, *habitu decorus.*

Paſſiua regunt accuſatiuum uerb. act. ut ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, *defers mihi arbitrium:* ſic paſſiue, ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, *deferor arbitrium, pro arbitrium*

trium mihi delatum est. & ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, *commissam habeo hanc curam.*

Verbalia in έον uerbi sui postulant accusatiuũ, γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολὴν *scribenda est mihi epistola:* Interdum secundus accusatiuus in uicem datiui succedit, ἰατέον τὴν νόσον, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, *medendum est morbo ei, qui negligit caussam.*

Attice, accusatiuus pro genitiuo, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro τῶν χρημάτων, *priuo te pecunijs.* Et pro datiuo, οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοὶ, *qualia mihi facis?*

Quando infinitiuus, & uerbum praecedens, ad eandem pertinent personam, non est opus accusatiuo: ἔφη ποιήσειν. dixit facturum, nempe se, ut Terentius, Pollicitus sum suscepturum.

Infinitiuus non tam accusatiuum habet, quam nominatiuum, φησὶν, αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι, dicit se auctorem fuisse: οὕτως ἀπέχων, τῆς ἀλαζονείας, ὥστε πάντα εἰδὼς. μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alienus ab arrogantia, ut, cum omnia norit, tamen se nihil scire putet.

Iunguntur infinitiuo, ὡς, *ut:* ὥστε, *ita ut:* πρὶν, πρὶν ἢ, *priusquam:* ἐπειδὴ, *postquam:* ὅσον, *quoad, quasi.*

Relatiuum eodem casu ponunt cum antecedente, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, *utor libris quos habeo:* ἐκ τῶν

ἐπι-

ἐπιςολῶν ὧν ἔπεμψε, *ex epiſtolis quas miſit*; hinc ſunt illa, ἀνδρὶ οἵῳσοι, *uiro ſimili tibi.* ἄνδρα οἷόνσε, *uirum ſimilem tibi.*

Participium tamquam pro infinitiuo cum uerbis perſeuerandi, ἀγαπῶν με διατέλει, *amare me perge.* Deſiſtendi, οὐ παύσομαι φιλῶν, *non ceſſabo amare.*

Et cum uerbis, affectionem animi ſignificantibus, μέμνημαι ἰδὼν, *memini uidiſſe*: οὐσυνίεσαν, μάτην πονοῦντες, *non intellexerunt me fruſtra laborare*. Sic Virgilius, Senſit medios de lapſus in hoſtes.

Articulo ueſtitum aduerbium fit adiectiuum, ὁ χθεὶς, heſternus. quod ſi iungatur praepoſitioni cum ſuo caſu, intelligitur commodum aliquod participium, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *in caelis*, nempe ὢν aut οἰκῶν, *exſiſtens, aut habitans.*

Praepoſitionum uaria ſignificatio, uariat regimen. Genitiuum habent ἐκ, uel ἐξ, ſignificans locum, tempus, materiam, cauſſam, πρὸς, ab, coram, iurandi, officij: πρὸ, ante, locum, tempus: κατὰ, contra, ſuper, de, ab: per: cũ: ab: διά, per: μετὰ, cum: παρά, ab: ἀντὶ, pro περὶ, circa, ſuper, etiam tempus ſignificat: περὶ pro ἀπὸ, a, ex; ὑπὸ, prae, ſub: ὑπὲρ, pro, de, ſuper.

Datiuum, ἐν, in, σὺν, cum, πρὸς, iuxta, παρὰ, apud, περὶ, propter, in poteſtate, poſt, ſuper, contra, περὶ, pro, in, circa: ὑπὸ, ſub.

Accuſatiuum εἰς, uel ἐς, in, ad: ἀνὰ, per, κατά, per, ſecundum, circa: διὰ, propter: μετὰ, poſt: παρί, ad, praeter, propter: ἐπὶ, ad, in: περὶ, circa, circum, propeꝛ: ὑπὸ ſub, ὑπὲρ, ſupra, ultra.

De ἀμφὶ, iudicandum, ut de περὶ, quod uſitatus eſt.

Duae ἐλλειπτικῶς ponuntur cum genitiuo: ἐν, deficiente datiuo, εἰς, deficiente accuſatiuo; ἐν ᾅδυ, *apud inferos*, pro ἐν οἴσκῳ τοῦ ᾅδυ, *in aede, ſeu aedibus Platonis*, εἰς διδασκάλυ, εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλυ, *in domum praeceptoris*.

Dicunt praeterea. οἱ περὶ Πλάτωνα: hoc eſt, Plato: οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, hoc eſt, Socrates. Verum iſtiuſmodi orationis formas, & (breuiter) quidquid ad Graecanicas phraſes attinet, doctiſsime perſecutus eſt Budaeus in ſuis Commentarijs, quos nuper, & emendate, & eleganter, magno ſtudioſorum bono, excudit Badius, optime ſemper de litteris meritus. Eum librum comparare ſibi debet, quiſquis ſerio Graecari uolet.

FINIS.

PRAXIS . SEV . VSVS PRAECEPTORVM GRAMMATICES

Opus mole quidem perexiguum, sed ad Graecos tum Oratores, tum Poetas, intelligendos magnopere conducens.

PRAEFATIO.

CONSTITVERAMVS *sane his CLENARDI Institutionibus exactiorem Graecanicae syntaxeωs rationem annectere, necnon pleniorem de Accentibus tractatum, praecipue uero nominatiui, singularis nominum, de quo a CLENARDO nullus habetur sermo, ac obliquorum hyperdisyllaborum quinctae, qui etiam ab eo sunt omissi: atque de syllabaria uocalium ancipitum quantitate, quae cum accentuum disciplina est adeo coniuncta, vt una numquam sine alterius cognitione intelligi queat: praeterea de Spiritibus, ac de eorum, quae grammaticis praeceptis continentur, praxi, & exercitatione, quae Meditationes CLENARDO appellantur: de his, inquam, omnibus tractatus satis amplos, vt una cum hoc opere in lucem prodirent, parau eramus. Sed, quia iam in nostris in CLENARDI Institutiones Scholijs multi fueramus, & forte longiores, quam eorum ratio postularet, vt illorum ter*

minos egressi cuipiam merito possimus uideri, accentuum, quantitatisq. syllabariae, & syntaxeos rationem alio libro separatim tractaturi, hic tantum Spiritus, & Praxim, apposuimus: illos quidem ob tractatus breuitatem, & quod eos CLENARDVS ne attigerit quidem: hanc uero quod tironibus ad bonos auctores, & praesertim poetas, intelligendos utilissimam fore suspicarer, neque ab hoc opere eam seiungi posse perspicerem. quamuis autem CLENARDVS in suis Meditationibus hanc partem, & fusissime, & exactissime, fuerit persecutus: quia tamen ad poetas intelligendos non multum facere uidebantur, nos, eam quoque partem complexi, ut studiosi adolescentes haberent aliquem & Institutionum CLENARDI, & nostrorum Scholiorum usum (per quae non modo ad oratores, sed & ad poetas, uia sternitur, & paratur) primum quidem in rudiorum gratiam rudes in Precationem Dominicam, atque in alia quaedam fragmenta, quae passim circumferuntur, omnibusq. Alphabetis continentur, commentationes conscripsimus. Deinde uero, vt eorum quoque studijs obsequeremur, qui iam ad poetas adspirant, ex uarijs poetis, ijsq. celebrioribus, poematum initia desumpsimus, quae facili, ac minime elaborata, interpretatione, breuissimisq. scholijs, et notis quibusdam illustrantes, praeceptionum Grammaticarum, uariorumque ac diuersorum idiomatum usum conati sumus demonstrare: vt scilicet hac ratione studiosae iuuentuti uiam quandam aperiremus, qua patefacta, ipsa deinde posset in ima, & arcana poetarum penetralia nullo duce penetrare. Quid uero notis arithmeticis,

ticis, & litteris, quibus, ob breuitatis studium, usi sumus, designatum uoluerimus, paucis accipe: Scholiorum notae arithmeticae, quas superiores, siue interlineares uocant, respondent iis contextus dictionibus, quae easdem notas in uno, uel in diuersis eiusdem tractatas locis habuerint. Vt autem & hae, & illae, notae sese lectorum oculis protinus offerrent, pares in utroque margine notas e regione, quoad eius fieri potuit, apposuimus. At eorum numerorum, qui in ipso orationis cursu occurrunt , primus quidem huius libri paginam, alter uero, ac nonnumquam tertius, interiecta coniunctione, & in institutionibus quidem paginae citatae uersum, in Praxi autem eum numerum, quem in utroque margine notis internis respondentem fecimus, demonstrat. at cum unicus tantum numerus fuerit appositus, innuitur parem numerum in eodem Praxeωs tractatu quaerendum. Litterae Graecae, positae in eo margine, qui est inter duas columnas, quiq. scholia separat a contextu, demonstrat, quae uocales, uel diphthongi, e contextu per apostrophum reiectae fuerint. Litteris quoque Latinis hic usi sumus, ut, molesta rei eiusdem euitata repetitione, breuiter tamen, ueluti ob oculos, praeponeremus eos idiotismos, qui in his poetarum fragmentis, ac passim in quibusuis poetis, occurrunt (a) igitur indicat paragogen litterae ν datiuis pluralibus, & personis uerborum in ι uel ε desinentibus, idque non solum ante uocalem, sed etiam Attice consona subsequente. (b) articulum praepositiuum, cum particulis δε, & γε, positum pro pronomine demonstratiuo eiusdem casus, generis, & numeri. (c) hoc idem in-

indicat, sed sine δε, & γε, quod magis poeticum est. (d) articulum etiam praepositiuum, pro subiunctiuo sumptum. (e) praepositionum anastrophen. (f) earundem tmesim, cum scilicet inter partes dictionis compositas inseritur unum, uel plura uocabula, qua figura & Latini poetae interdum utuntur, ut apud Lucanum, Inq.uicem gens omnis amet, pro Inuicemq. &c. (g) η Ionice pro α, (h) genitiuum pluralem primae, & secundae declinationis in έων, pro ῶν. (ι) paragogen uocalis ι quibuscumque datiuis pluralib. in ς desinentib. (K) ῃσι uel ῃς Ionice, pro αισι, uel αις, in datiuis pluralibus, primae, & secund. declinationis. (l) οιο, pro ȣ, in genitiuo singul. tertiae declinationis. pro α, in genitiuo tertiae declinationis. (m) pro contrahendis syllabis in contractas Ionice poni, (n) augmentum uerborum Ionice reiectum. (o) α, pro η, Dorice. (p) infinitiuum Doricum, & Attic. in μεναι, uel poetice, in μμεναι, pro ν, uel ναι, (q) futurum primum cuiusuis coniugationis, Dorice circumflexum. (r) duplex ττ, pro duplici σσ, Attice. (στ) pro σ, Dorice. st ὦ, pro ȣ, Dorice. (u) uerbum poeticum in είω, pro έω, primae coniugationis circumflexorum. (x) ξ Attice, pro σ, in compositis a συν. (y) particulas expletiuas, & potentiales. σδ, pro ε, Dorice, Cetera, quae notis, aut litteris, denotata non sunt, scholiis explanabuntur.

PRA-

PRAXIS . PRAECEPTORVM GRAMMATICES

ORATIO. DO- (1) ΕΥ'ΧΗ' (2) ΚΥ- MINICA ΡΙΑΚΗ

Pater noſter, qui es in caelis,
(3) Πάτερ (4) ἡμῶν, (5) ὁ (6) ἐν (7) τοῖς οὐρανοῖς, (8) ἁ-
ſanctificetur nomen tuum, adueniat
γιασθήτω (9) τὸ ὄνομά (10) σου: (11) ἐλθέτω (12) ἡ
regnum tuum: fiat uoluntas
βασιλεία (10) σου: (13) γεννηθήτω (14) τὸ θέλημά
tua, ſicut in caelo, & in terra.
(10) σου, ὡς (6) ἐν (7) οὐρανῷ καὶ (15) ἐπὶ (16) τῆς γῆς
panem noſtrum quotidianum da nobis
(17) τὸν ἄρτον (4) ἡμῶν (18) τὸν ἐπιούσιον 19 δὸς 4 ἡμῖν
hodie, & dimitte nobis debi-
σήμαιρον, καὶ (20) ἄφες (4) ἡμῖν (21) τὰ ὀφειλή-
ta noſtra, ſicut & nos dimittimus
ματα (4) ἡμῶν, ὡς καὶ (4) ἡμεῖς (22) ἀφίεμεν
debitoribus noſtris, & ne in-
(23) τοῖς ὀφειλέταις (4) ἡμῶν: καὶ μὴ (24) εἰσε-
ducas nos in tentationem, ſed
νέγκῃς (4) ἡμᾶς (25) εἰς (26) πειρασμὸν, ἀλλὰ
libera nos a malo. Amen.
(27) ῥῆσαι (4) ἡμᾶς ἀπὸ (28) τοῦ πονηροῦ. (29) Α'μήν.

SCHO

SCHOLIA

(1) Vt τιμὴ. Eſt nomen uerbale ab ἄχομαι. oro. (2) Vt καλὸς, καλὴ. Eſt nomen poſſeſſiuum, ductum ab ὁ κύριος, dominus. (3) ſupra. (4) ſupra. (5) ſupra. (6) ſupra. (7) Vt τοῖς λόγοις, ab ὁ ὀυρανὸς, ῦ. (8) Vt τυφθήτω. ab ἁγιάζω, μ. άσω, ſanctifico. fit ab ὁ αγιος ſanctus. (9) Vt τὸ ϐῆμα. (10) ſupra. (11) Vt τυπέτω, ab ἔρχομαι, uenio, aduenio, ſed fit tamquam ab ἐλδ'ϑω, (12) Vt ἡ φιλία. (13) Vt τυφθήτω. a γίγνομαι. fio, ſed tamquam a γενάομαι. (14) Vt τὸ ϐῆμα. Eſt nomen uerbale, a ϑέλω, uolo, ſed tamquã a θελέω, μ. ήσω. (15) ſupra. (16) Vt τῆς τιμῆς. ab ἡ γῆ, τῆς, γῆς, per craſim, pro ἡ γέα. τῆς γέας. (17) Vt τὸν λόγον. (19) ſupra. (20) ſupra. (21) Vt τὰ ϐῆματα. Verbale, ab ὀφείλω, debeo, ſed tamquam ab ὀφειλέω μ. ήσω. (22) Compoſitum ex ἀπὸ, & ἵεμεν. (23) Vt τοῖς Χρύσαις, Verbale, ab ὀφείλω, Quia paenultima corripitur: poterit duci tamquam ab ὀφείλημι. (24) Vt τύψης, ab εἰσφέρω, ſed quaſi ab εἰσενέγκω. (25) ſupra. (26) Vt τὸν λόγον. Verbale, a πειράζω uel πειράω, μ. άσω, tento. (27) ſupra. (28) Vt τοῦ ξύλου. Adiectiuum, vt ὁ ἄνθρωπος. hoc loco ſubſtantiuatur in neutro genere. (29) Dictio eſt Hebraica, & heteroclita, ſignificans, uerum fiat, ſeu efficiatur: & quandoque, ut in Salutatione ſequenti, uerum eſt.

SA-

SALVTATIO ANGE-
(30) ΑΣΠΑΣΜΟ' Σ (31) ΤΟΥ ΑΓΓΕ'-
li ad ſanctisſimam uirginem.
λου πρὸς (32) τὴν ἁγιωτάτην (33) παρθένον.
Aue gratia plena Maria, Domi-
(34) Χαῖρε (35) κεχαριτωμένη (36) Μαρία, ὁ κύρι-
nus tecum, benedicta tu in mu-
ος (37) μετὰ σοῦ (38) εὐλογημένη (10) σὺ ἐν (39) γυ-
lieribus, & benedictus fructus uen-
ναιξὶ, καὶ (38) εὐλογημένος ὁ καρπὸς, (40) τῆς κοι-
tris tui. quoniam ſeruatorem peperiſti
λίας σου. ὅτι (41) σωτῆρα (42) ἔτεκες
animarum noſtrarum. Amen.
(43) τῶν ψυχῶν (4) ἡμῶν. (29) Ἀμήν.

SCHOLIA

(30) Ut ὁ λόγος. Verbale, ab ἀσπάζω, μ. άσω, ſaluto, amo. (31) ut τοῦ λόγου. Verbale, ab ἀγγέλλω, mitto: unde ἄγγελος eſt nuncius, legatus, miſſus. (32) ut τὴν τιμήν. Eſt adiectiuum, ut καλὸς, & ſuperlatiuum, a poſitiuo ὁ ἅγιος. (33) ut τὴν ὁδόν. (34) ut τύπτε, a χαίρω, gaudeo. (35) ut κεχρυσωμένη, a χαριτόω, μ. ώσω, afficio gratia, gratioſum facio. fit a nomine ἡ χάρις, ἡ χάριτος, gratia. (36) ut φιλία. (37) μετὰ σοῦ, uerbum e uerbo, cum te, ſeruato uidelicet naturali praepoſitionis ordine. Cur σοῦ accentum retineat, cum ſit dictio enclitica, uide infra. (38) ut πεποιημένος, η, ſed ſine augmen-

to: incipit enim a diphthongo immutabili, ab εὐλογέω, μ*ήσω, benedico, laudo, honorifice loquor de aliquo. ducitur a nomine composito* εὔλογος, *rationabilis, rationi consentaneus; componitur uero ab* εὖ, *&* λόγος, *ratio. Vide infra.(30) supra.(40) ut* τῆς φιλίας. *est nomen denominatiuum, ab adiectiuo* κοῖλος, *cōcauus, sinuosus, inanis.(41) ut* τὸν Σῆρα. *(42) supra.(43) Ut* τῶν τιμῶν. *infra. Verbale,* ψύχω, *refrigero, post calorem recreo, uentum facio, animo, uiuifico, quod* ψυχὴ, *id est, spiritus, uel animus, refrigeret in ipsa respiratione.*

SYMBOLVM. SANCTO-
(44) ΣΥ'ΜΒΟΛΟΝ (45) ΤΩ͂Ν ΑΓΙ'-
rum Apostolorum.
ων (46) Α'ποστόλων.

Credo in Deum patrem omni-
(47) Πιστεύω εἰς (48) θεὸν, (3) πατέρα (40) παντο-
potentem factorem caeli & terrae, & in
κράτορα, (50) ποιητὴν (7) οὐρανοῦ, καὶ (16) γῆς: καὶ εἰς
Iesum Christum filium eius unum
(51) Ἰησοῦν (52) Χριστὸν (53) υἱὸν (54) αὐτοῦ (55) ἕνα
solum Dominum nostrum, conceptum
(56) μόνον (57) κιρίον (4) ἡμῶν, (58) συλληφθέντα (59)
ex spiritu sancto, natum ex
ἐκ (60) πνεύματος (45) ἁγίου, (61) γεννηθέντα (59) ἐκ
Maria uirgine, passum sub
(36) Μαρίας (33) τοῦς παρθένου, (62) παθόντα ἐπὶ

Pon-

Pontio Pilato, & crucifixum
(63) Ποντίου (63) Πιλάτου, καὶ (64) σαυρωθέντα,
mortuum, & sepultum, qui descen-
(65) θανόντα, καὶ (66) ταφέντα, (67) κατελθόν-
dit ad inferos, tertia die resur-
τα (68) εἰς (69) ᾅδου (70) τῇ τρίτῃ (71) ἡμέρα (72) ἀνα-
rexit e mortuis, adscendit in cae-
ςάντα ἐκ (73) νεκρῶν, (74) ἀνελθόντα εἰς οὐρα-
los, sedet in dextera patris
νοὺς, (75) καθεζόμενον ἐν (76) δεξιᾷ (3) τοῦ πατρὸς
omnipotentis, unde debet ue-
(49) παντοκράτορος, ὅθεν (77) μέλλει (78) ἔρ-
nire iudicatum uiuentes & mortuos.
χεσθαι (79) κρίναι (80) ζῶντας, καὶ (73) νεκρούς.
Credo in spiritum sanctum, sanctam
(40) Πιςεύω εἰς (60) πνεῦμα (45) ἅγιον, ἅγιαν
Ecclesiam catholicam, sanctorum com-
(81) σαρκὸς (82) καθολικὴν, (45) ἁγίαν (83) κοι-
munionem, remissionem peccatorum,
νονίαν, (84) ἄφεσιν (85) ἁμαρτιῶν,
carnis resurrectionem, uitam aeter-
(86) σαρκὸς (87) ἀνάςασιν, (88) ζώην (89) αἰώ-
nam. Amen.
νιον. Ἀμήν.

S C H O L I A

(44) *Ut τὸ ξύλον. uerbale, a συμβάλλω, conijcio, confe-
ro. Est uero σύμβολον, nota, signum, indicium, argumen-
tum,*

tum, coniectura, atque id omne, quod a socijs in commune confertur, siue sint pecuniae, aut cibi ad uescendum in conuiuio, siue uerba ad sermonicinandum, siue nota quaedam solis amicis communis, ueluti ea, qua milites utuntur in excubijs, & uigilijs nocturnis, ut inimicos a suis possint discernere: Gallice, le mot du guet. Christiani, in primitiua Ecclesia, hoc Apostolorum symbolo quasi quadam nota eos qui Christi fidem receperant ab idololatris, & infidelibus, discernebant. (45) supra. (46) Verbale, ab ἀποςέλλω, cum mandatis aliquem mitto. Est uero ἀπόςολος, legatus, nuncius, quicumque mittitur: ut Apostoli, qui a Christo missi sunt ad praedicandum Euangelium omni creaturae. (47) Fit a nomine ὑπέςις, εως, fides. (48) Vt τὸν λόγον. Verbale, dictum a θέω, curro. Nam prisci Graeci Solem, Lunam, stellas, & caelum, quae sunt in perpetuo cursu, Deos esse crediderunt. (49) Vt τὸν παντοκράτορα. nomen compositum ex πᾶν, παντὸς, omne, & κρατέω, rerum sum potens. (50) Vt τὸν χρύσην. Verbale. (51) supra. (52) Vt τὸν λόγον. supra. Verbale. a χρίζω, μ. ίσω, unge. est enim χριςὸς, unctus. (53) Vt τὸν λόγον. (54) supra. (55) supra. (56) Vt τὸν λόγον, adiectiuum, ut καλὸς. supra. (57) Vt τὸν λόγον. (58) Vt τὸν τυφθέντα, a συλλαμβάνω, concipio, sed tãquam a συλλήβω. cõponitur enim ex σὺν, cũ ν, uerso in λ, et λαμβάνω, capio, accipio: de hoc uide supra. (59) supra. (60) Vt τὸ βῆμα. Verbale, a πνέω, spiro, μ. πνεύσω. (61) Vt τὸν τυφθέντα, uel ut τὸν βοηθέντα, a γίγνομαι, fio, nascor, sed tãquã a γενάομαι. (62) Vt supra (63) Vt τȣ̃ λόγȣ. (64) Vt τὸν τυφθέντα, uel ut τὸν χρυσωθέντα, a ςαυρόω, μ. ώσω, crucifigo, fit a

no-

nomine ὁ ςαυρός, ȣ̃; crux. (65) ſupra. (66) ſupra. (67) Ut τὸν τυπόντα, a κατέρχομαι, deſcendo, componitur ex κατὰ, ac ἔρχομαι, uenio, quod ſumit tempora ab ἐλεύθω. Quomodo huiuſmodi participia ſunt interpretanda, habis ſupra. (68) ſupra: ubi ait, εἰς poni ἐλλειπτικῶς, ut hoc loco cum genitiuo ᾅδου, deficiente accuſatiuo, οἶκον, domum: εἰς ᾅδου, pro εἰς οἶκον τȣ̃ ᾅδου, in aedes Orci, uel inferi. (69) Vt τȣ̃ τρύσου. (70) Vt τῇ τιμῇ. Adiectiuũ, ut καλὸς. Numerale ordinale. (71) ſupra. (72) Ut ſimplex; τὸν ςάντα, ab ἀνίςημι, reſurgo, quod componitur ex ἀνὰ, (in compoſitione ſaepe ſonat idem, quod re, Latinis) & ἵςημι. (73) Ut τῶν λόγον. Componitur νεωρὸς, ex νε, priuatiua particula, & κῆρ, cor, anima, quaſi dicat, inanime, uel exanime. (74) Ut κατελθόντα, ab ἀνέρχομαι, adſcendo. componitur ex ἀνὰ, (in compoſitione nonnumquam ſignificat idem, qud ἄνω, ſurſum: ſic κατὰ, interdum notat. κάτω, deorſum) & ἔρχομαι. (75) Ut τὸν τυπτόμενον, a καθέζομαι, ſedeo, componitur ex κατὰ & ἕζομαι, ſedeo. (76) Vt τῇ φιλία. (77) Ut τύπτει, a μέλλω, debeo, futurus ſum. hoc uerbum, ac infinitiuus ſequens, cui iungitur, Latine ſic reddi ſolent, μέλλει ἔρχεσθαι, futuram eſt, ut ueniat, ueniet, uenturus eſt, ſic in ſequentibus μέλλων φονεύειν, interfecturus, cum uellet, uel pararet interficere, cum eſſet interfecturus. (78) Ut τύπτεσθαι, ab ἔρχομαι. (79) Ut τύψαι, a κρίνω. (80) Ut, βοῶντας, a ζάω, uiuo. (81) Ut τὴν φιλίαν. Verbale, De hoc ſupra. (82) Vt τὰν τιμήν. Adiectiuum, ut καλὸς. componitur ex κατὰ, & ὅλος, totus. Eſt uero ὁ καθολικὸς, uniuerſalis. (83) Vt

τὴν

τὴν φιλίαν. *Denominatiuum, ab ὁ κοινὼν, ωγως, socius, familiaris.* (84) *Vt* τὴν πόλιν, *uel ut* ὄφιν. *Verbale, ab* ἀφίημι, *dimitto, quod componitur ex* ἀπὸ, *&* ἵημι. (85) *Vt* τῶν φιλίων. (86) ἡ σάρξ, τῆς σαρκὸς. (87) *Vt* τὰν ἄφεσιν, *ab* ἀνίσημι. (88) *Vt* τὰν τιμήν. *Verbale a* ζάω, *uiuo.* (89) *supra.*

BENEDICTIO. MEN-
(90) ΕΥΛΟΓΙΑ (91) ΤΗ͂Σ ΤΡΑΠΕ-
sae ante cibi sumptionem
ζης (92) πρὸ τοῦ γεύσασθαι.

Christe Deus benedic ci-
Χριστὲ (93) ὁ θεὸς (94) εὐλόγησον (95) τὴν βρῶ-
bum ac potum seruorum tuorum,
σιν, καὶ (96) τὴν πόσιν (97) τῶν δούλων (10) σου,
quoniam sanctus es iugiter, nunc, & semper,
ὅτι (45) ἅγιος (98) εἶ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ
& in saecula saeculorum.
καὶ εἰς (99) τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Amen.
Ἀμήν.

SCHOLIA.

(90) ἡ φιλία. *Denominatiuum, ab* εὔλογος. (91) *Vt* τῆς μούσης. (92) γεύσασθαι, *ut* τύψασθαι, *a* γεύομαι, *gusto, cibum sumo. Infinitiui, articulis iuncti, a Latinis uarie redduntur, nunc per gerundia, nunc per supina, quae Graeci ignorant, & quandoque per nomina uerbalia, ut*

hoc

hoc loco. (93) *Articulus praepositiuus ὁ habet hic miram quandam, & uehementem emphasim, ut ὁ θεὸς sit, quasi ὁ ὄντως θεὸς ὢν, qui re uera Deus es.* (9) *ut ποίησον, ab εὐλογέω.* (95) *Ut τὴν ἄφεσιν, a βρώσκω.* (96) *Ut τὴν ἄφεσιν, a πίνω, bibo, sed tamquam a πῶμι.* (97) *Ut λήγων, τῶν.* (98) *supra.* (99) *supra.*

GRATIARVM . ACTIO
(100) ΕΥ̓ΧΑΡΙΣΤΙΑ
post cibi sumptionem.
(92) μετὰ, τὸ γεύσασθαι.

Benedictus Deus, misericors, & nu-
(101) Εὐλογητὸς ὁ θεός (102) ὁ ἐλεῶν, καὶ (103) τρέ-
triens nos ex suis ditibus do-
φων ἡμᾶς ἐκ (104) τῶν αὐτοῦ πλουσίων (105) δω-
nis sua gratia, & benigni-
ρεῶν (106) τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ (107) φιλανθρω-
tate iugiter, nunc, & semper, & in
πίᾳ πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς (99) τοὺς
saecula saeculorum. Amen.
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SCHOLIA

(100) *Ut ἡ φιλία. Denominatiuum, ab εὐχάριστος, gratus, iucundus, gratiosus, & amabilis, componitur ex εὖ, & χάρις, ιτος, gratia.* (101) *Verbale, ab εὐλογέω, ut ὁ ποιῶν, ab ἐλλέω, μ. ήσω, misereor, ut τύπτων, a τρέφω, μ. θρέ*

ϕω. Vt τὸν λόγον, *Adiectiuum in* ἅγιος. *Dicitur* πλούσιος, *quasi* πολυούσιος, *id est*, πολλὴν ἔχων οὐσίαν, *multam habẽs substantiam, praeditus magnis opibus. Inter articulum* τῶν, *& eius nomen* πλουσίων, *eleganter inseritur genitiuus* αὐτοῦ, *ut* τῶν φιλιῶν, *a nominatiuo* ἡ δωρέα, ας. *Ut* τῇ φιλίᾳ. *Denominatiuum, ab* ὁ, καὶ ἡ φιλάνθρωπος ου, *benignus, humanus, idest, homines amans, uel hominum amator. componitur ex* φίλος, *amicus, &* ἄνθρωπος, *homo.*

EVRIPIDIS . ORESES
(2)ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ(2) Ὀ'ΡΕ'ΣΤΗΣ

ARGVMENTVM
(3) Υ'ΠΟ'ΘΕΣΙΣ

Oreſtes propter matris caedem,
Ὀ'ρέστης διὰ(4) τὴν(5) τῆς μητρὸς (4) σφαγὴν,
ſimul & a Furijs per-
ἅμα καὶ ὑπὸ(6) τῶν Ε'ριννυώων (7) δειμαλ
territus, & ab Argiuis con-
τούμενος, καὶ ὑπὸ (8) τῶν Α'ργείων(9) κατα-
demnatus morte, interfecturus
κριθεὶς(10) θανάτῳ, (11) μέλλων (12) φονδ'ειν,
Helenam, & Hermionem, eo quod Me-
(13)Ε'λένην καὶ (13)Ε'ρμιένην,(14) ἀνθ'ὧν Με-
nelaus praeſens non tulit opem, prohi-
νέλαος (15)παρὼν οὐκ(a)(16) ἐβοήθησεν, (17) ἐκω
bitus eſt ab Apolline. Apud
λύθη ὑπὸ(18) Α'πόλλωνος Παρ-
nul-

nullum autem ponitur fabula. prae-
(19)οὐδενὶ δὲ (20) κεῖται (21) ἡ μυθολογία (22) Προ-
fatur uero Electra ut soror
λογίζει δὲ ἡ Ἠλέκτρα (23) ὡς (24) ἀδελφὴ
Orestis miserabili oratione utens
Ὀρέστου (25) ἐλεεινολογοῦσα
propter Tantalum.
διὰ (26) τὸν Τάνταλον.

SCHOLIA

(1) *Ut* τοῦ χρύσου. (2) *Maxima Orestis facinora in hac fabula continentur, ut ex eius argumento, ac ex Electrae oratione, poteris colligere. Ideo eam Euripides Orestem appellauit.* (3) *Verbale, ab* ὑποτίθημι, *suppono, principia pono. componitur ex* ὑπὸ, *&* τίθημι. (4) *Ut* τὴν τιμήν. *uerbale, a* σφάζω, *uel* σφάττω: *praeteritum medium,* ἔσφαγα. *Unde* ἡ σφαγή. (5) *supra.* (6) *Ut* τῶν χελύων, *componitur* Ἐριννὺς *ex* ἔρις, *lis, &* νοῦς, *mens quasi sit mentis lis, & prouocatio.* (7) *Ut* χρυσούμενος, *a* δειματόω, *perterrefacio. Fit a nomine,* τὸ δεῖμα δείματος, *pauor, metus.* (8) Ἀργεῖος, *Argiuus, fit a* τὸ ἄργος, εος, *Argos, clarissima ciuitas Peloponnesi, non procul a Mycenis, ubi Agamemnon Orestis pater regnauerat.* (9) *Ut* τυφθεὶς, *a* κατακρίνω, *condemno.* (10) *Ut* τῷ λόγῳ: θάνατος, *dicitur, quasi* τανάος, *id est, extensa, porrecta, a* τανύω, *extendo, trado. Mors enim se ad omnia extendit, ac porrigit.* (11) *Ut* τύπτων, *a* μέλλω. (12) *Ut* τύπτειν,

a φονδύω,*interficio.fit a nomine* ἡ φονὴ, *caedes.* (13) *Ut* τὴν τιμὴν. (14) *Pro* ἀντὶ ὧν, *pro quibus, id est, eo quod. Vide supra.* (15) *Ut simplex* ὤν, ὄντος, *a* πάρειμι, *adsum, componitur ex* παρὰ, *&* εἰμὶ, (16) *Ut* ἔτυψε, *a* βοηθέω, μ. ήσω, *auxilior, opem fero. fit a nomine* ὁ βοηθὸς, οῦ, *fautor, adiutor.* (17) *Ut* ἐτύφθη, *a* κωλύω, *prohibeo.* (18) *Ut* τοῦ Πλάτωνος. (19) *supra.* (20) *supra.* (21) *Denominatiuum, a* μυθολόγος, *fabulator: quod componitur ex* μῦθος, *fabula, &* λόγος, *sermo. Quare* μυθολογία *proprie est ratiocinatio fabularum. sumitur uero pro fabula simpliciter.* (22) *Ut* τύπτει, *a* προλογίζω, *praefor: quod fit a* πρόλογος, *prologus, praefatio: componitur ex* πρὸ, *prae, ante, &* λόγος. (23) ὡς *uaria significat: hic sumitur pro, ut, utpote* (24) *Ut ab adiectiuo* ὁ καλὸς *fit femininum* ἡ καλὴ: *sic ab* ὁ ἀδελφὸς, *frater, fit* ἡ ἀδελφὴ, *soror.* (25) *Ut* ποιοῦσα, *ab* ἐλεεινολογέω, μ. ήσω, *conqueror, oratione utor lugubri, & miserabili. Fit ab* ἐλεεινολόγος, *qui miserabili oratione utitur, & componitur ab* ἐλεεινὸς, *miserabilis, &* λόγος, *sermo.* (26) *Ut* τὸν λόγον. *De hoc supra.*

ELECTRA
ΗΛΕΚΤΡΑ

Non est ullum malum (ut dicam
(27) Οὐκ (28) ἐστὶ οὐδὲν δεινὸν (29) ὧδ᾽ εἰπεῖν
uerbo) Neque morbus, neque calamitas
ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ
a dijs immissa, cuius non ferat
(30) θεήλατος, Ἧς οὐκ ἂν (31) ἂν (32) ἄραιτ᾽
onus

onus hominis natura. Nam bea-
(33) ἄωθος ἀνθρώπου (34) φύσις. Ὁ γὰρ μα-
tus (nec exprobro infortunia)
κάριος, (35) ἤουκ (36) ὀνειδίζω τύχας,
Ioue natus, ut aiunt, Tantalus,
(37) Διὸς (38) πεφυκὸς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
Vertici imminentem pauescens
Κορυφῆν (39) ὑπερ τέλλοντα (40) δειμαίνον
petram, Per aerem uolat, & pendit
(41) πέτρον, (42) Ἀεριποτᾶται, καὶ τίνει
hanc poenam. Vt quidem aiunt,
ταύτην δίκην. Ὡς μὲν (a) λέγουσιν,
quod cum dijs, homo cum esset, Com-
ὅτι θεοῖς, ἄνθρωπος (43) ὤν, Κοι-
munis mensae dignitatem habens aequalem,
νῆς τραπέζης (44) ἀξίωμ' ἔχων, ἴσον,
Incontinentem habuit linguam, turpissi-
(45) Ἀκόλαστον, (46) ἔσχε γλῶσσαν, (47) αἰσχί-
mum morbum. Hic producit Pelopen,
στην (48) νόσον, Οὗτος φυτεύει Πέλωπα
ex hoc Atreus natus est: Cui sceptra
(b) (40) τοῦδ' Ἀτρεὺς (50) ἔφυ: Ὧ (51) στέμματα
texens, fatale fecit Dea Contentio,
(52 ξήνασ', (a) (53) ἐπέκλωσεν θεὰ Ἔρις,
Thyesti bellum exsistenti fratri Facere.
Θυέστῃ πόλεμον ὄντι συγγόνῳ (54) Θέσθαι.
Quid infanda repetere me
(55) τί (56) τ' ἄρρητ' (58) ἀναμετρήσασθαί με-

 opor-

oportet? Conuiuio excepit igitur ipſum
(58) δεῖ? (59) Ἔδαισε (γ) δ' οὖν (60) νιν
libero interficiens Atreus. Ex Atreo
(61) τέκν' (62) ἀποκτείνας Ἀτρεὺς Ἀτρέος
uero (quae fuerunt enim in medio taceo
δὲ, (63) τὰς γὰρ ἐν μέσο σιγῶ
infortunia) Illuſtris (ſi modo illu-
τύχας, Ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλει-
ſtris) Agamemnon natus eſt, Mene-
νὸς, Ἀγαμέμνων (50) ἔφυ, Μενέ-
lausq. ex Cretenſi matre Aeropa.
λεώς τε Κρήσσης ὁ ματρὸς Ἀερόπης.
Duxi uxorem uero ſane Dijs
ἄπο. (64) Γαμεῖ, δ' ὁ (γ) μὲν δὴ τὴν θεοῖς
inuiſam Menelaus Helenam. Porro
(65) στυγουμένην Μενέλεως Ἑλένην ὁ δὲ,
Clytemneſtrae coniugium inſigne apud
Κλυτεμνήστρας λέχος Ἐπίσημον εἰς
Graecos Agamemnon rex. Cui uirgi-
Ἕλληνας Ἀγαμέμνων ἄναξ. Ὧι παρθέ-
nes quidem tres natae ſumus ex una,
νοι μὲν τρεῖς (50) ἔφημεν ἐν (66) μιᾶς,
Chryſothemis, Iphigeniaq. Electra-
Χρυσόθεμις, Ἰφιγένειά τ' Ἠλέκτρα
que ego, Masque Oreſtes, matre
τ' ἐγὼ, Ἄρσην τ' Ὀρέστης (ο) ματρὸς
ſceleratisſima. quae maritum
(ο) (67) ἀνοσιωτάτης: Ἣ (68) πόσιν
exi-

exitum non habente , induens ueste
(60)ἀπείρῳ(70) μ.περιβαλὼν (71) ὑφάσματι
Occidit. Quorum uero gratia , uirginem
(a)(72)Ἔκτεινεν. ὧν δ' (o)ἕκατι, παρθένον.
dicere. Non est honestum. Relinquo
λέγειν Οὐ καλόν. (73)ἐῶ
hoc obscurum in communi considerandum.
τοῦτ' (74)ἀσαφὲς ἐν κοινῷ (75)σκοπεῖν.
Apollinis autem iniustitiam quidem quid
φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί
opus est accusare? persuadet uero O-
δεῖ κατηγορεῖν? Πείθει δ' Ὀ-
resti, matrem , quae ipsum genuerat , Inter-
ρέστην, (76)μητέρ', ἥ (77) σφ' (78) ἐγείνατο, Κτεί-
ficere apud non omnes gloriam
ναι, πρὸς (79) οὐκ ἅπαντας (80) εὔκλειαν
ferens. Attamen occidit, non ino-
φέρων. Ὅμως δ' (81)ἀπέκτειν', οὐκ (82) ἀπει-
bediens Deo Et ego particeps fui, tamquam
θήσας θεῷ (83) Κἀγὼ (84) μετέσχον, (85) οἷα
scilicet mulier , caedis, pyladesque, qui
δὴ γυνὴ φόνου, Πυλάδης (86) θ', ὃς
nobiscum patrauit haec. Hinc inde
ἡμῖν (87)συγκατείργασθαι (b) τάδε. Ἐντεῦθεν
agresti colliquefactus morbo, aegrotat
ἀγρίᾳ. 89)συντακεὶς νόσῳ, νοσεῖ
Miser Orestes. Hic prostratus in lecto
(89) Τλήμων ὀρέστης. (b) ὅδε (90) πεσὼν δεμνίοις

Decumbit. Matris uero ſanguis ipſum
(20) Κεῖται. τὸ (ο) ματρὸς δ' αἷμά (60) νιν
agitat Furoribus. nominare
(91) πϱοχυλατεῖ (a) (i) Μανίαισιν. ὀνομάζειν.
enim uereor Deas Eumenidas quae
γάρ αἰδοῦμαι θεὰς (92) Εὐμενίδας, αἵ-
hunc certatim territant timore. Sex-
(b) τὸν δ' (93) ἐξαμιλλῶνται φόϐῳ. Ἕκ-
tus porro hic eſt dies ex quo caedibus
τον δὲ (y) δὴ (b) τόδ' (94) ἦμαρ ἐξότου (4) σφαγαῖς
Mortua mater, igni purgata eſt
(95) Θανοῦσα ὁ μάτηρ, πυρὶ (96) καθήγνισαι
corpore. Quibus neque cibos per gulam
(97) δέμας. Ὧν οὔτε (68) σῖτα διὰ (99) δέρης
cepit, Non balnea dedit
(100) ἐδέξατο, Οὐ (101) λοῦτρ (102) ἔδωκε
corpori, intra paenulas uero
(103) χρωτί. (104) χλανιδίων δ' (e) ἔτω
Tectus, cum quidem corpus leuatum
(105) Κρυφθεὶς, ὅταν μὲν σῶμα (106) κου-
fuerit morbo, Compos mentis lacrymat.
φισθῇ νόσου, (107) Ἔμφρων δακρύει,
tum uero e cubilibus Proſilit
ποτὲ δὲ δεμνίων (e) ἄπο (108) Πηδᾷ
celer, ut pullus equinus a iugo.
(19) δρομαῖος, πῶλος (e) ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.

SCHOLIA

(27) οὐτ οὐδὲν, *non nullum, id est, ullum, uel nullum. Duae negationes Graecis magis negant. De* οὐκ *uide infra. de* οὐδὲν *uero, supra.* (28) *supra.* (29) *Sic dicere uerbum, idest, ut ita dicam, uel ut breuiter dicam de* εἰπεῖμι, ἔπος, *&* πάθος, *ut* τὸ τεῖχος. (30) *Componitur a* θεὸς, *&* ἐλαύνω, *impello. Uide supra.* (31) *Particula potentialis,* οὐκ ἄν ἄραιτο, *non ferat, id est, non possit perferre. Interdum tamen,* ἄν *prorsus uacat. infra.* (32) *Ut* τύψαιτο, *ab* ἄρω, *fero, tollo, gesto. Futurum,* ἀρῶ. (33) *Dicitur* τὸ ἄχθος, εος, *pondus, onus, quasi* τὸ ἄχος, *dolor, per pleonasmum* τοῦ θ. (34) *Verbale, a* φύω, *produco, gigno, creo.* (35) καὶ οὐκ, *& non nec.* (36) *Fit a nomine* τὸ ὄνειδος, *improperium, opprobrium, ignominia.* (37) *supra.* (38) *Ut* τετυφώς, *a* φύω. (39) *Ut* τὸν τύπτωντα, *ab* ὑπερτέλλω, *exorior, supereminco. componitur ab* ὑπὲρ, *super, &* τέλλω, *orior.* (40) *Vt* τύπτων, *a* δειμαίνω, *timeo, formido: quod fit a* δεῖμος, ου, *timor.* (41) ὁ πετρος, ου, *Attice, idem, quod* ἡ πέτρα *communiter, petra, saxum, lapis.* (42) *Ut* βοᾶται, *ab* ἀεριποτάομαι, *in aere uolo. componitur ex* ἀήρ, ἀέρος, *aer, &* ποτάομαι, *uolo, uolas. Aldus legit, citra compositionem,* ἀεριποτᾶται. (43) ὤν, *exsistens. De participiorum interpretandi ratione uide supra.* (44) *Verbale, ab* ἀξιόω, μ. ώσω, *dignum puto, quod fit ab* ὁ ἄξιος, *dignus.* (45) *A* κολάζω, μ. άσω, *id est, punio, ducitur uerbale,* κολαστὸς, *cum* α *priuatiuo,* ἀκόλαστος, *incastigatus, impunitus, idest, intemperans, incontinens, libidinosus,*

nosus, flagitiosus. (46) supra. (47) Vt τὴν τιμήν. Adiectiuum, ut καλός, superlatiui gradus, supra. (48) supra. (49) Subauditur praepositio ἐκ. (50) supra. (51) Verbale, a ςέφω, corono. ac proprie ςέμμα significat coronã: sed sumitur etiam pro sceptro, uel corona regia, aut diademate: quae regis sunt insignia. (52) Vt τύψασα, a ξαίνω, neo, texo, μ. ξανῶ. Aoristus primus, ἔξηνα, Attice, ut ἔμίηνα. Quidam subscribunt ι, alij minime. (53) Vt ἔτυψε, ab ἐπικλώθω, uoluo fusum: & refertur ad fatum, siue Parcas, quarum una Clotho nominatur, quasi per fila Parcarum instituo, fatale facio, fataliter instituo. In Aldino exemplari haec sententia sic legitur, ἐπέκλωσεν θεά, ἔριν Θυέςῃ, &c. ut sic sensus, ἐπίκλωσεν θεά, fatale fecit Dea, scilicet Clotho, θέσθαι ἔριν πόλεμον Θυέςῃ, &c. inferre litem, bellum appositorie, id est, bellum litigiosum. (54) supra. (55) supra. (56) supra. (57) Vt τύψασθαι. ab ἀναμετρέω, μ. ήσω. repeto, recogito, supputo, dimetior. (58) supra. (59) Vt ἔτυψε, a δαίω, conuiuor, conuiuio, & mensa, excipio. (60) supra. (61) supra. (62) Vt τύψας. ab ἀποκτείνω. Vide supra. Igitur τέκνα ἀποκτείνας, liberos interficiens, uel liberis interfectis, postquam Thyestis fratris liberos interfecisset. (63) Vide infra. (64) Sic sensum collige: δὴ, porro, ὁ μὲν Μενέλεως, Menelaus quidem, γαμεῖ τὴν Ἑλένην ςυγουμένην θεοῖς: ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἄναξ, at Agamẽnon rex, supple: γαμεῖ, τὸ λέχος &c. γαμεῖ, ut ποιεῖ, a γαμέω, de quo supra. (65) Vt ποιουμένην, a ςυγέομαι, odio sum, passiue, inuisus sum. (66) supra, (67) Pro ἀνοσιωτάτης. Est superlatiui grad. ut σοφώτατος, a positiuo ἀνόσιος. Vide infra. (68) ἡ πόσις est potus,

tis, potio. Verum ὁ πόσις *est maritus, uir, sponsus: sic dictus, quod ueluti potione terrae mista generantur plantae, ita uir, mulieri mistus, caussa est procreationis liberorum.* (69) τὸ πέρας *uel* πεῖρας, *finis:* ἄπειρος, *siue & exitu carens. Astute admodum Clytemnestra Agamemnomi, Troia reuerso, ac Dijs sacrificaturo, porrexit uestem quandam oblongam, &* ἄπειρον, *cui uidelicet nulla erat a superiori parte aptior, qua caput, aut brachia, exereret, ut illum, ea obuolutum, adiuuante Aegistho (cum quo illa, absente uiro, adulterij consuetudinem habuerat, & qui tum abditus erat in insidijs) misere trucidaret.* (70) *Vt* τυποῦσα. *a* περιβάλλω. (71) *Verbale, ab* ὑφαίνω, *texo. Vide supra.* (72) *Vt* ἔτυψε, *a* κτείνω. (73) *Vt* βοῶ, *ab* ἐάω: (74) ὁ καὶ ἡ σαφὴς, *manifestus: cum* α *priuatiuo,* ὁ, καὶ ἡ, ἀσαφὴς, καὶ τὸ ἀσαφὲς, εος, *obscurus, a, um.* (75) *Vt* ποιεῖν, *a* σκοπέω. (76) *supra.* (77) *Euripides, ac Sophocles, interdum usurpant duale* σφε, *pro singulari* οὗ. *atque hoc pronomen primitiuum tertiae personae non raro ponitur loco relatiui* αὐτὸς. (78) *supra.* (79) *infra.* (80) *Denominatiuum, ab* ἀγακλεὴς, *inclytus, celebris, quod fit ab* ἀγα, *&* τὸ κλέος, *honor.* (81) *Vt* ἔτυψε, ἀποκτείνω. (82) *Vt* τύψας, *ab* ἀπειθέω, μ. ήσω, *non pareo: quod fit ab adiectiuo,* ὁ, καὶ ἡ ἀπειθὴς, έος, *inobediens, impersuasibilis,* ἀπειθὴς *uero componitur ex* α *priuatiuo, &* πειθὸς *persuasorius.* πείθω, *etiam est persuadeo.* (83) *supra.* (84) *Vt simplex* ἔχον, *a* μετέχω, *particeps sum, componitur a* μετὰ, *&* ἔχω. (85) *id est, pro parte mea*

mu-

muliebri: οἷα, qualiter, aduerb. ex neutro plur. ab οἷος, οἷα, οἷον, qualis, & quale. De γηνὴ, uide ſupra. (86) *Pro τε.* (87) *Vt πέφρασαι, a συγκατεργάζομαι; una patro, ſimul perpetro, alicui operã praeſto: Graeci ſaepe utuntur uerbo compoſito, ubi nos uſurpamus ſimplex, & praepoſitionem ſeparatam, συγκατείργασαι ἡμῖν, pro κατείργασαι σὺν ἡμῖν. Componitur ex συν, & κατὰ, atque ἐργάζομαι, operor, quod per ει augetur.* (88) *Vt τυπεὶς, a συντήκω, colliquefacio, componitur ex σὺν, et τήκω. liquefacio. Vide ſupra.* (89) *Verb. a τέτλημι, tolero.* ~~(90)~~ *ſupra.* (91) *Vt ποιεῖ. ſupra. a τροχηλατέω aurigor, quaſi rotam agito. fit ab ὁ τροχηλάτης, ου, id eſt, auriga, quod componitur ab ὁ τρόχος, ου, rota, & ἐλαύνω, impello, ago.* (92) *Furiae infernales, quae Ἐρινύες* (*vt dictum eſt numero* 6) *appellantur, quamuis Oreſtem, ob patratum parricidium, ardentibus taedis agitarent, & inſectarentur: Electra tamen, ne illis offenſoribus Oreſtes uteretur, in eas quidquam grauius dicere non audet, neque ipſas Ἐρινύας, uero, ſed odioſo, nomine appellare. Verum eas & Deas, & Εὐμενίδας, nuncupat, quaſi beneuolas. εὐμενὴς enim, unde Εὐμενίδες, eſt beneuolus, ab εὖ, & μένος, mens, uirtus, robur. Re uera tamen Εὐμενίδες dictae ſunt, per antiphraſim, quod minime ſint beneuolae, neque in illis bonus animus uel uirtus conſpiciatur.* (97) *Vt ϐοῶνται, ab ἐξαμιλλάω, contendo, celeriter aliquid facio, componitur ab ἐξ, & ἁμιλλάω, quod ſit ab ἡ ἅμιλλα, certamen, contentio.* (94) *ſupra.* (95) *Vt τυπεῦσα, a θνήσκω.* (96) *Vt πέφρασαι, a καθαγνίζω, μ. ίσω. quod componitur a κατὰ, & ἁγνίζω, purgo, quod ſit ab ἁγνὸς, purus.* (97) *Indeclinabile.*

(98) ὁ

(98) ὁ σῖτος, ου, frumentum: ſed τὸ σῖτον, ου (unde τὰ σῖτα) eſt cibus, panis. (99) δέρω, excorio: unde uerbale, ἡ δέρη, collum, ceruix, gula: ſic dicitur, quod a collo ſumi ſoleat excoriationis initium. (100) Vt ἐτύψατο, a δέχομαι, capio. (101) Verbale, a λούω, lauo, τὸ λουτρον, paenultima circumflexa, eſt locus balnearum: λουτρόν uero, acuta ultima, eſt balneum, ſine lauacrum: in qua ſignificatione hoc loco accipitur, quamuis λού acuatur. propter apoſtrophum enim accentus retrahitur, & λούτρ, pro λουτρὰ, dicitur. (102) ſupra. (103) Vt φωτί. (104) Deminitiuum, ab ἡ χλάνις, ίδος, ueſtimentum tenuiſſimum. (105) Vt τυφτείς, a κρύπτω, tego, abſcondo me, deliteſco. (106) Vt τυφθῆ, a κουφίζω, leuem facio, ſubleuo: quod fit a κοῦφος, leuis. (107) Componitur ex εὖ & φρήν. (108) Vt βοᾷ, a αὐδάω.

ARI-

ARISTOPANIS,
(1) Α'ΡΙΣΤΟΦΑ'ΝΟΥΣ,
Comici Poetae, Plutus.
(2) Κωμωδοποοῦ (3) Πλοῦτος.

ARISTOPHANIS. GRAM-
Α'ΡΙΣΤΟΦΑ'ΝΟΥΣ (4) ΓΡΑΜ-
matici argumentum per
ματικοῦ ὑπόθεσις δὲ
iambica.
(5) ἰάμβον.

Oraculum consuluit iustus exsistens ali-
(6) Μαντεύεται δίκαιος ὤν
quis, & pauper, An, mutatis moribus,
τις καὶ πένης, Ε'ι (7) μεταβαλὼν,
diuitiarum compos esse posset. Re-
πλούτου (8) τυχεῖν (9) δυνήσετε. (a) (10) Ε"-
spondit Deus, sequendum quemcumque
χρησεν ὁ θεὸς, (11) συνακολουθεῖν (12) ᾧπερ (γ) ἂν
Virum offenderit. Plutus uero conspi-
(13) Α'νδρὶ (14) περιτύχῃ. Πλοῦτος δ' ὁπλά-
citur caecus. Cognito autem ipso, du-
νε ται τυφλός. (15) Γνοὺς δ' αὐτὸν (a) (16) ἤγα-
xit domum, alios populares Vo-
γεν (17) οἴκαδ', ἄλλους (18) δημότας (19) Κα-
cans ad participandum. postea sanare
λέσας (20) μεταχεῖν. (21) εἶθ (22) ὑγιάσαι
pupillas Accelerabant: in Aesculapij
τὰς κόρας Εσπευδον: (23) εἰς Α'σκληπιοῦ

uero

uero deducebant. ſed Repente paupertas
δ'(24)ἀπῆγον. ἡ δ' Ἄφνω πενία
prohibuit. Tamen uiſum reci-
(a)(25) διεκώλυσεν. Ὅμως (26) ἀναβλέψαν-
piente ipſo ſceleratorum Nullus ditaba-
